N° 372

TN

A6

Ms Codex 20
~~Ms. Lea 3~~

G. 38. G. 35. 1.

Hoc codice continentur

1. Thomae de Capua S. R. E. Cardinalis: Summa dictaminis, seu ars scribendi quascumque epistolas, instrumenta libellos. Opus decem partibus constans. Cuilibet parti praeposita est series capitulorum. In fine decimae partis quaedam desunt. ch pag 1-172.
2. Joannis Bondi m. de Aquilegia: Theoretica, sive ars dictaminis p. 173-178.
3. Ejusdem practica sive usus dictaminis 180-197
4. Ejusdem tractatus exordiendi 198-211.
5. Tractatus de quibusdam usurpantibus alienum officium. De Prudente et de Stulto 211-212
6. Ejusdem libellus de Epithetis ad utilitatem rudium compositus p. 213-221.
7. Collectio florum super arte et usu dictaminis ad utilitatem rudium compillata, cum prooemio p. 222-250.
8. Exordia super diversis materiis applicanda 251-268.
9. Proverbia sive latina cursulata super diversis materiis p. 268-273
10. Proverbia sive exordia per alphabetum collecta 273-280
11. De Sapientia et proverbiis Salomonis 280-282
11 De Libro Ecclesiastico 282-283

BIBLIOTHEK DES STIFTES MELK

12. Alia exordia curialia in diversis negotiis applicanda 283-284.

13. Ioann. Bondi Lucerna dictaminis super formis diversimode variandis ad utilitatem auctum fabricata cum proaemio. 285-310.

14. Eiusdem fors. Quae exornationes colores rhetorici nominantur 310-318.

15. Varietates exordiorum quibus a summo Pontifice audientia postulatur 318.

16. Arengae a diversis doctoribus compillatae. p 319-332.

LEA LIBRARY

Monasterij Mellicensis.
lit. F. 33.

1

Incipit Summa dictaminis composita per magistrum Thomam de Capua sancte Romane ecclesie cardinalem.

In hoc proemio reprehenduntur illi qui preripiant iudicia et confundunt iudicium ponentes lucem tenebras et tenebras ipsam lucem.
In hoc proemio reprehenduntur illi qui sine perito magistro faciunt se dictatores cum non sint.
Hic distinguit quid sit dictamen.
Hic distinguit de genera dictaminum, scilicet prosaicum metricum et rithmicum et subiungit de mistis.
Hic distinguit quid sit epistola et unde dicatur et denominetur.
Hic distinguit quinque partes epistole que sint et unde dicantur.
Hic distinguit quid sit salutatio. ¶ Item de salutatione et pleniter.
Hic docetur quod in salutatione nulla dictio in prima vel in secunda persona sed tota debet in tercia persona notari et assignat causam.
¶ Hic distinguit quod salutatio apud quosdam describitur per accusativum et apud quosdam per dativum.
¶ Introductorium quoddam ad salutationes ordinandas.
¶ Hic docetur quod salutatio sit diversimode ordinanda. ¶ Qualiter scribatur maioribus ex clericorum.
¶ Item de eodem et plenius. ¶ Qualiter scribat summus pontifex imperatori, imperatrici, regi vel principi, cardinalibus, archiepiscopis, episcopis et aliis in clero et extra clerum.
¶ Qualiter scribatur summo pontifici extra clerum. ¶ Qualiter scribatur summo pontifici in clero.
¶ Qualiter scribatur imperatori. ¶ Salutatio patris ad filium et econverso. ¶ Salutatio filii ad patrem.
¶ Qualiter scribatur magistris et aliis litteratis. ¶ Qualiter milites salutentur.
¶ Qualiter amica ad amicum salutent. ¶ Dicto de salutationibus distinguit de exordio.
¶ Item de eodem et pleniter. ¶ Hic distinguit de petitione. ¶ Hic distinguit de conclusione.
¶ In hac epistola reges prelati et principes accidentis rogant papam ut conferat uni duorum litigantium imperium et optinenti prestet favorem apostolicum. ¶ Epistola post salutationem.
¶ Distinctis quinque partibus epistole dicit eam aliquando ex quatuor partibus, saepe ex tribus, interdum ex duabus nonnumquam constare potest epistola et de singulis ponit exemplum.
¶ Hic docetur quod ex hiis tribus vel ex duabus partibus superdictis aut ex una tantum constabit epistola et ponit exempla.
¶ Hic docetur quod sine duabus partibus ex hiis tribus, scilicet salutatione, exordio et conclusione epistola stare non potest quamvis nonnumquam sine salutatione contingat, prout ponit exemplum et subdit quod
¶ Romana curia taxat epistolam ex quatuor partibus, quinque tribus, nonnumquam ex una et de singulis dantur exempla. ¶ Proemium contra male dictantes.
¶ Hic distinguit tres distinctiones que considerantur in quolibet perfecto dictamine et de singulis dantur exempla. ¶ Proemium contra male doctos.
¶ Hic laudatur ars dictandi et vocatur mistis ars artium et scientia scientiarum quia per eam omnes artes alie colorantur.

In hoc proemio reprehenduntur illi qui preripiant iudicia et confundunt iudicium ponentes lucem tenebras ...
Recte iudicate filii hominum et nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate ut ostendatis nos diligere iudicium et iusticiam qui iudicatis terram et cum multi iudicium confundunt et preripiant iudicia qui nesciunt quid sit iudicium et ab ... quid sit iudicium penitus ignorant. Et vae illis qui dicunt bonum malum, ponentes

BIBLIOTHEK DES STIFTES MELK

LEA LIBRARY

2

lucem tenebras et tenebras ipsam lucem. equum ab iniquo minime separantes nec latum ab illa-
cito deficientes quod non primo didicerunt volare volentes ante quam pennas ydoneas produxerint ad
volandum, prestantes ducatum aliis cum ipsi ducatu magis indigeant obvoluti nubilo
cecitatis arbitrati auricalcum esse aurum et aurum non sunt vera dicere auricalcum. Sed neque
insipiens sapiam, neque asinus citharam neque porcus habebit in precio margaritas. In hoc pre-
Celebris enim mio reprehenduntur illi qui sine perito magistro faciunt se auctores (doctores dictatores) cum non sint.
gloriosa Romana ecclesia, de sub cuius pedibus defluunt aque vive, velud ex fonte rivi ta-
rum omnium faciendarum quam tenendarum iura et dogmata derivantur usque saliet ad summum or-
nati dictaminis et decorem, in quo et per quod totius litteratorie professionis noscitur reflore-
facultas, et omne bonum publicatum in littere se se erigat clariorem. Cum propter Romane cu-
rie vestigiis inherentes eius stili non indigne magisterium imitamur confutato illorum
errore qui sine perito magistro faciunt se dictatores cum non sint, quin immo sine
talis suas lucerna in viam non merentur dirigi veritatis. Ideoque ad veram dictandi spe-
ciem et celsitudinem contemplandam arcta nimis ad rem facienda ne tamen cursum
impediant extarpem et talia quedam sub compendio perstringentes, quid sit dictamen et
epistola videamus. Prestantes cum ad ipsorum utilitatem et ordine plenarie sententiam, ita ut omnibus
ad dictandi nuptias ianua pateat nisi eis dumtaxat exceptis, quos oleo deficiente
lampades extinguuntur. Hic distinguit quid sit dictamen.

Est ergo dictamen digna verborum compositio et artificiosa congeries cum ponderi sententiarum et
ordine dictionum nichil infra se sustinens diminutum, nichil recipiens ociosum.
Digna ergo et artificiosa congeries appellatur quia digne et ornate necesse est verba componi
cum recte dictioni dictio maritetur, competenti competens uniatur. Cum ponderi sententiarum ideo
dicitur quia Prisciano docente, omnis synthesis ad intellectum referenda est, quam cum
verba deberent deservire sine non bene stabit novum edificium quod non roborat sine fun-
damentum. Ordo dictionum ideo insertus, quia ordinate fiunt in dictamine dictiones
sicut notabiliter inferius exprimetur, nichil diminutum argueretur, ut potest defectum
si ociosum aliquid contineret dampnaretur tamquam superfluo viciosum. Hic distinguit tria

Dictaminum vero tria sunt genera a veteribus diffinita genera dictaminum scilicet prosaicum metricum et rithimicum et
prosaicum scilicet metricum et rithimicum. Prosaicum ut Cassiodori, metricum ut Virgilii, rithi- subiungit
micum ut Primatis. Prosaicum dicitur a proson grece quod latine significat longum de singulis.
quia in prosa licet aliquid longius et latius aut communibus castigatum evagari. Metricum
denominatur a metron grece quod est mensura latine, quia sub certa pedum et sillabarum men-
sura consistit. Rithimicum dicitur a rima vel a rithmon quod est distinctio vel diffi-
nitio quia sub certa computatione sillabarum cum finali consonantia distinguitur
sive etiam diffinitur quod si ex hiis fiat commixtio ex tali mixtura denominationem
assumit ut dicatur prosimetricum sive mixtum. Unde dictamen Boetii veteres prosimetricum
appellarunt. Sed quia de duabus ultimis nichil ad presens intendimus dicere, ad epistolare potius Dictamen
[illegible]. et tamen dei invocato auxilio dirigamus quid primordialiter accidentes. Hic disti- quid sit epistola

Est ergo epistola litteralis legatio diversarum personarum nguit quid sit epistola et unde denominetur
[illegible] firmens principium cum salutationis. Denominata est autem epistola et dicatur.
affectu

effectu

Ms. Codex 20
~~Ms. Lea 3~~

i. qui super missio

ab epo ... super. et stolon quod est missio inde dicatur epistola. i. super missione mittentis gerere
uideretur ministerium nuntiantis i. legantis et complexa in ea mentis explicatur effectus quemadmo
dum ... aliquotiens ipse nuntians uel delegans. Hic distinguit quinque partes epistole que

Partes autem epistole sunt quinque a uetustis sunt et unde dicantur.
Diffinite salutatio. s. exordium siue beniuolentie captatio. narratio. petitio conclusio.
Unde quoque a salutatione sumit principium dignum de ipsa primordialiter est uidendum.

Dicitur autem salutatio salutis adoptio. quoniam Hic distinguit quid sit salutatio.
enim salutamus quem pure diligimus sanumque desideramus uiuere ac incolumem.
Non enim salutamus inimicos aut excommunicatos. sed eorum mittentium nomina describuntur aut
apponuntur nomina simpliciter. talis descriptio pro titulo reputatur quia qui scribit cui scribit liqui
do expeditur. Si autem eorum adiuncto nomina describuntur illud quod additur nisi salutatio poni
retur indignationis aut suasionis locum obtinet potius quam salutis. Item de salu

Et est notandum quod salutatio largo modo accipitur siue dicamus salutem tatione et
siue etiam captemus beniuolentiam quia nomine salutationis accipitur plenius.
quamque bonum alicui affectatur uel deuotionis ad humiliter exhibetur. Non enim magnos
dominos salutamus sed humiliantes capita nostra eis reuerentiam cum deuotione offerimus
et fidem mentis desiderium explicamus. Salutare namque sicut et benedicere autem maiorum est
non de presumptione minorum. Pares autem inde uel pari maiores absque iniurie discri
mine salutamus. Hic docet quod in salutatione nulla dictio in prima uel in secunda persona debet notari sed in tertia et

Salutatio siue mentis nitens tamen cum describitur nulla dictio prime uel secunde persone debet assignatam.
in salutatione notari. quod ideo contingit in epistola quia epistola loquitur inter absentes et cum
nos presentialiter loquimur non in salutatione sed in captatione beniuolentie potius exordimur
unde est quod quidam salutationem ipsam pro titulo reputauerunt. et preter eam prius epistole inceperunt.

Scribitur quoque salutatio per datiuum Hic distinguit quod salutatio apud quosdam per accusatiuum scribitur et apud quosdam
et apud quosdam per accusatiuum. Sed cum scribitur per datiuum intelliguntur ista uerba mittit per datiuum.
mandat delegat et legat. Cum autem scribitur per accusatiuum intelliguntur ista uerba. s. optat.
cupit desiderat et affectat. ex alterutra tamen parte intelliguntur uerba indifferenter. Sed quod
salutatio per accusatiuum scribitur in usu hodie celebri non habetur. Sed contingit hoc quod uerba mitten . go .
tis affectum significantia in salutatione celantur. cum scriptum sit lucius catellina qui
to catulo mittit salutem. et ouidius hanc tua penelopen lento tibi mittit ulixes.
Ad quod plenarie respondemus antiquos sub more fecisse. Sed tamen moderni quam iuniores cum
filialius intuentes per ... que mater sanctitatis et societatis est ... con
templatur quam explicato iam per nomina mentis affectum ubi uerba significantia tamquam supina
... quod ponerentur uel possumus dicere quod primitus mentis affectu celeri deficiant ne potest ...
plus concipit quam lingue possit officium explicare sicut et in matre contingit que tamen desi
deratum diu filium recipere meruit occurrens in amplexus filialis dulcedinis latosque si
nus expandens et ... materna defigens ... possit in uoce salutis in lacrimis e
cogitur
rumpere pietatis. Introductorium quoddam ad salutationes ordinadas. ——

Ad immensitate tamen omnium salutationum que fieri possunt a modernis fiunt
notule introducte gratia | post titulum | ordo | clerus mansuetudo | sit ... uirtus ...

officio dilectio fama cognatio laus locus et dignitas sit laycis et conveniant. Primi duo
primi duo usuales sunt ex parte mittentis qui scilicet suum nomen ponere debet. Ille qui mittit primo
versiculus est in clero reliqui extra clerum videlicet quod prelatus scribens posito suo nomine
debet scribere dei gratia postea debet ponere suum titulum id est nomen ecclesie ad quam vocatur
titulatur ordo si fuerit archiepiscopus vel episcopus sive aliquis cleri ministerio quia debet dicere licet
indignus quamvis sit minister et etiam suffraganeis mittens. Iste quoque versiculus solet suo
loco laycis potentioribus adaptari posito in loco ~~in loco~~ ecclesie laycus nomine dignitatis et
quod se mittens non appellent. Hic docetur quod salutatio sit diversimode ordinanda.

Est notandum quod magnus semper potest dicere dei gratia nisi scribat summo pontifici
vel regi eo quod tunc hoc possit et debeat humilitatis causa tangere. Nam summus
pontifex numquam ponit in suis litteris dei gratia sed quia imitator est humilis ipse dicit
N. episcopus servus servorum dei et cetera. Et notandum quod mediocres vel minores persone non
debeant de se dicere dei gratia quia quodam modo hoc verbum arrogantia vel digni-
tate magnam vel magnificentiam importare videtur. Eleccio autem aliquis in episcopum vel
magnum alterum potest dicere dei gratia. Electus autem aliquis in Romanum pontificem non di-
cit dei gratia secundum supradictam rationem. Unde dicitur Gregorius episcopus servus servorum dei. Reliqui
vero duo sunt usuales recipientis et ita intelligantur laus et cetera id est nomina laude significa-
tiva debent recipienti ascribi ut secundum dignitatem constituto dicatur. Sanctissimo in
Christo patri vel venerabili vel reverendo vel metuendo vel colendo et hoc in clericis. Et est
notandum quod extra clerum dicatur. Egregio viro. Victoriosissimo principi. Magnifico
domino Illustri. Domina. et cetera. Reliquis autem prudentia sapientia litterato. Discreto secundum gradum
singulorum. Locus autem et dignitas propter suum debent clericis et laycis dicendo talis loci. Pontifici
vel presbytero et honorantur clerici cum dicatur eis scilicet dignissimo et reverendissimo et layca honorantur cum
dicatur eis scilicet potentissimo et ab hostibus metuendo et cetera. Qualiter scribatur maioribus extra clerum.

Est notandum quod sive maior scribat minori sive minor maiori
maior persona preferatur si non par pari persona recipientis preferri iugatur. Quomodo mediocris
persona scribat minori paulo scribentis arbitrio relinquatur. Qualiter scribat summus pontifex
imperatori imperatrici regi vel principi.

Ad maiorem autem evidentiam exempla salutationum in omni
genere statuam apponi et primo salutationem summi pontificis et qualiter ipse scribit et semper salutem et apostolicam benedictionem — Invenitur modo ipse parti qui solus scripta et augustis et cetera.
Nicolaus episcopus et cetera. Karissimo in Christo filio. Illustri Romanorum imperatori augusto et sola
imperatrix augusta. Reges autem et maiores principes illustres appellantur et dicatur regibus
et reginis. Carissimo in Christo filio. Ceteris vero inferioribus dilecto filio tantum. Universis indifferenter
dicat salutem et apostolicam benedictionem. Quia eius salutatio non mutatur nisi paganis vel excommuni-
catis quibus cum scribit aut omnino tacet aut cum debet dicere salutem et apostolicam benedictionem
dicat redire ad cor et viam agnoscere veritatis vel spiritum consilii sanioris vel dominum diligere
ac timere et similia. Tales enim dilectionis et filiationis nomine censet indignos. In clero
autem si sit episcopus vel superior dicat venerabili fratri. Si non sunt simplices abbates vel prior cum scribit
ei dilecto in Christo filio. Aliis vero omnibus clericis et laycis dicat dilecto filio tantum. Qualiter

Est notandum quod sive summus pontifex scribatur summo pontifici extra clerum,
scribat sive scribatur ei semper suum nomen preferetur. Similiter nomen

Cardinalibus archiepiscopis episcopis et aliis in clero et extra clerum.

Imperatoris omni homini preter quam Romano pontifici nominatur preferendum. Alii autem pontifi
ces et prelati scribentes suis subditis sua nomina preferunt, nisi forte sit metropolitanus qui pro
nat se nomini sui suffraganei causa humilitatis, et dicat salutem et sinceram in domino caritatem.
Si talis est quod hoc ei iuste dicere possit, vel salutem et benedictionem, vel salutem et sincerum amorem,
vel de bono in melius feliciter prosperari, vel felicibus in domino habundare. Qualiter scribatur summo

Summo pontifici ita scribitur extra clerum. Sanctissimo pontifici extra clerum.
in Christo patri ac domino N. dei gratia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici, F. R.
eadem gratia Romanorum imperator semper augustus cum omnimoda reverentia subiectiva. Aliis autem
omnibus dicat imperator gratiam suam et bonam voluntatem. Reges quoque et alii scribunt. Summo
pontifici et alii ut predictum est pro sue arbitrio voluntatis. Qualiter scribatur summo pontifici in clero.

In clero scribitur summo pontifici pro voluntate scribentis ut potest. Sanctissimo in Christo patri et domino vel reverendo colendo et metuendo patri
benefactori et domino munificeque beato domino N. dei gratia sacrosancte etc. debitam cum devotione reveren
tiam vel reverentiam cum oratorum instantia vel tam promptam quam debite reverentie famu
latum. Et quidem adiaceat naviculam beati Petri feliciter gubernare. In eundem sumo
dum episcopis cardinalibus scribere possumus suo loco. Sed nota quod si fuerit presbyter cardinalis dicamus ita. Venerabili
in Christo patri .. dei gratia tituli sancte Sabine presbytero cardinali. Si fuerit diaconus cardinalis dicamus sancti Adriani diaconi
cardinali. Non enim dicamus tituli, quia cardinales non diaconi non habent baptismales ecclesias et titulus nichil
aliud sonat in parte ista quam ecclesia baptismalis et dicitur titulus Calixti vel tituli pastoris ab ipso sancte
ecclesie fundatore. Unica tamen est ecclesia Romana que licet sit baptismalis non dicatur tituli. Sed dicitur
Anthomatice basilice xii apostolorum presbytero cardinali. Eis autem minores gratia reverentie salutem dicere non
presumunt sed devotionem cum reverentia vel obedientiam et reverentiam cum salute. Vel tam promptam
in omnibus reverentiam quam devotam. Prelatorum autem est dicere inferioribus salutem in eo qui est salu
tis auctor vel salutem et sinceram in domino caritatem. Cardinalibus quoque dicamus salutem et prosperita
tem in eo cui angeli serviunt et cuius plenitudine [ut pulcritudine] sol et luna mirantur. Abbatibus monachis et
heremitis dicamus salutem et reverentiam vel in ordine constantiam de aurea brauium, de labore
denarium et gaudium consequi sempiternum vel ad fructum centesimum pervenire, et deum facie
ad faciem contemplari vel salutem et illam quam mundus dare non potest pacem. Qualiter

Imperatori scribitur in hunc modum. Victoriosissimo et gloriosissimo scribatur imperatori.
domino F. Romanorum etc. talis de inimicis triumphum vel potentia
prostratis debellare superbos vel spiritu consilii et timoris domini habundare vel robore magni for
titudinis et virtutis vel salutem per quam reges regnant et principes dominantur et potentes
etiam tenent terram. Hee quoque salutationes possunt regibus adaptari nisi quod reges in
gressu minime triumphant. Salutatio patris ad filium vel e converso.

Pater dicat filio salutem cum benedictione paterna vel de bono in melius
augmentari vel feliciter prosperari vel benedictionem quam Isaac et Iacob a domino habuerunt.
Filius autem dicat patri salutem et reverentiam filialem potest tamen simul gratia reverentie
tacere salutem. Qualiter scribatur magistris et aliis litteratis.

Magistris et aliis litteratis scribitur in hunc modum. Septiformi studiorum
lampade renitenti vel litterarum serta redimito vel floribus eloquentie purpurato vel

cemie prudentie uel exquisite probitatis. uiro candida et emulis uirtute preclaro uel spectabilis elo-
quentie ac morum prerogatiua perspicuo et honestatis gloria rutilanti et similia. ita tamen quod sin-
gula quorum locum teneant sortita decenter. Eis autem dicamus salutem per quam oportet feliciter ad op-
tate sue alternam peruenire. uel ea dete in terris que placeant in excelsis. uel salutem et
haurire aquam cum gaudio de fontibus sue saluatoris.

Qualiter milites salutent.

Milites autem et cum communiter salutantur
Eis autem dicamus egregio uiro et strenuo militi [illegible] militie decorato salutem et robore
acumen fortitudinis et uirtutis. uel salutem et feliciter gubernare [illegible] gloria militis et cum gloria
militaris laudes in bellis primas acquirunt.

Qualiter amici ad inuicem salutent.

Amicos dicamus intimo et precordiali uel dilecto et speciali uel reuerendo
et uero caritatis uisceribus amplectendo et similia. Salutem et prosperos ad uota successus. uel salu-
tem prosperitate ac uite longitudine et dierum uel uotiuis in domino successibus habundare uel
uotiua et continua persaui sospitate. Inimicos et excommunicatos sublato salutationis oraculo sic
dicamus sic transire per bona temporalia ne amittamus eterna uel redire ad cor et uiam
agnoscere ueritatis.

Dicto de salutationibus distinguitur de exordio.

Exordium siue captatio beniuolentie est benigna uerborum eloquentia quedam
ad attentionem alliciens animos auditorum et dignitate seu qualitate personarum tam in de-
ro quam etiam clericali felicitate obseruans ac diligenter attendens benigna uerborum eloquentia. Ideo di-
citur quia cum aliquis alicui suadere uel dissuadere intendimus cum beniuolentia que huma-
nitate importat non sine quodam adulationis applausu inducendo que foueat prem
unum reddere debemus nobis animos auditorum beniuolos et attentos dignitate personarum et
qualitate circa exordium dicamus attendenda. quia si sit digna persona. scilicet in dignitatis solio
constituta siue persona mediocris siue respectus loquatur dicens tam sublimitas mediocrit-
mihi eos fuerit siue sententias aliter clarus eius et aures beneficis delicatas et aliter pla-
cidis mentibus est dicendum.

> scilicet nomen ordo siue qualitas attendenda est. quoniam aliter discolis aliter loquendum est locutione multimoda

De eodem et plenius.

Et nota quod sicut alii antiquitus dicebant ore ad os ita nulla ratione dubites
exordium ac scilicet res gestas uel ea que geri posse uidentur cum diligentia exponamus
que quidem expositio debet esse breuis probabilis et apta ut si de troiana ruina loqui
uolumus non ab ouo gemino initium capiamus. sed a raptu helene que fuit causa parti-
dubio destructionis apta si ordine uerum gestarum sequimur probabilis erit si tempus
et locum ostendimus ad rem facientia semper uero uel saltem uerisimiliter explicates.

Hic distinguit de petitione.

Petitio est oratio per quam aliquid postulamus quod sit iustum utile et necessarium.
Unde cato quod iustum est petito uel quod uideatur
honestum sicut erit honestum erit iustum et utile. necessarium autem erit
si euidens necessitas intercedat. Unde hic nota breuiter quod petitionis libellus principi de-
more porrectus ex sola narratione et petitione consistit. uel ex sola petitione dumtaxat.

Hic distinguit de conclusione.

Conclusio est oratio per quam epistola terminatur
et clauditur et finitur ostendendo quid commodi uel incommodi in re
premissa sequatur et ut semper huius omnibus epistole partibus uitans uos educat in exemplis exe-
pla tamen in epistola colligimus que principibus orbis terre ad summum pontificem conscribunt
in hunc modum.

In hac epistola reges plura et principes occidentis rogant. pp.

Domino suo mitissimo beato G. dei gratia sacrosancte universalis ecclesie summo pontifici. A. eadem
gratia Francie et L. Anglie reges eorum prelati ac duces omnes principes de partibus occidentis
devotam omnimodam reverentiam in X. Ihesu et pectore. ut conferat imperium uni duorum litigantium
Celestis altitudo consilii sic videns ecclesie consulere firmitati et obtineat per sedis favorem.
duorum eam voluit columpnarum substentamine fulciendam, sacerdocii videlicet atque regni quorum
alterius gubernaculo sacerdotalem alterius vero imperialem dignitatem voluit preferendam et ad hoc
duas elegit et constituit in mundi regimine potentes, quod una non potest ubi compellat altera se-
ro et quod una non potest per spiritualem gladium altera per materialem non differat exercere ne forte ur-
gente tempestate infernus quia talium debet devota tranquillitati cautiat et mutetur machina
mundialis, quantis et angustiis et pressuris quantis hodie cernimus procellarum turbinibus et ardi-
nium fluctibus agitetur apostolicam latere non credimus sanctitatem cum extrinsecus hostilitates
impugnent et intrinsecus bella surgant, intestina instituta quod exponente contra terram sanctam
et ex occidente contra se caractere insignitos cerni novimus sevire nimia, et quod formida-
bilius est seditiones et guerras inter se facere non desinunt cerni. Eapropter beatitudini vestre
supplicam pariter instantia multiplicata in domino flagitamus quatenus ad sanitatis statum
apostolice considerationis apicem propensius ostendentes uni duorum istorum videlicet P. vel
O. qui de imperiali dignitate contendunt vel cuilibet alii digne clementer annuere
et favore velitis apostolicam impertiri ita quod decreto in terra preliorum et lacrimarum dis-
criminis non compellat militia christiana superna mia salvatoris et circumspectionis vestre
prudentia faciente nec non metuente principe christiano cuilibet et obscuritatis nubibus pro-
pulsis ac adversarii victoriam arceant et cerni nos professores gratia decoris gloriam
et optate serenitatis se pervenisse gaudeant claritate. Ostenditur quod v. partibus epistola dicatur aliquando ex iiii^or partibus
Nunc vero quibus modis ex suis partibus sepe ex tribus interdum ex duabus nonnumquam ex una constare potest epistola et de sin-
contingat constare epistolam videamus. Constat autem post salutationem epistola inter- gulis patet exempla.
dum ex quatuor partibus, sepe tribus, ex duabus interdum, ex una tantum. Ex quatuor con-
stabit. s. exordio, narratione, petitione, et conclusione hoc modo. Exordium. In-
sopiendorum litium vestra tenet sedis apostolice moderamen. Narratio. Suggestum est apostolatui ve-
stro quod inter venerabiles fratres nostros H. Ferrariensem et B. Bononiensem episcopos super limitibus utriusque diece-
sis odium inveterate contentionis contra recrudescat. Petitio. discretioni vestre per apostolica scripta
mandamus quatenus partibus convocatis super controversia predicta omni appellatione remota concordantibus
vestra sententia auctoritate sine debitum mancipetis, ita quod nulla fomitis inde remaneat ma-
teria malignandi. Hic docetur quod ex tribus vel ex duabus partibus supradictis aut ex una tantum constat
Constabit autem epistola ex duabus partibus supradictis sine exordio hic epistola et patet exempla.
et sine conclusione subtrahantur. Ex duabus vero constabit. s. exordio. petitione. vel ex nar-
ratione solum et petitione constabit. s. ex sola narratione dumtaxat ut in hoc exemplo.
Noveritis dominum H. tempore dei gratia ex parte summi pontificatus ad pacem assumptum et dominum
H. ad imperialium culmina fastigium tam repentinus quod felicibus successibus excrevisse
A simili intentione dicamus quod ex sola possit petitione consistere. Hic docetur quod sine duabus partibus
Ex salutatione vero exordio et conclusione ex hiis tribus s. salutatione. exordio. et conclusione
Vel ex duabus ex hiis epistolaris compago subsistere epistola stare non potest quod nonnumquam sine salutatione
non valebit sine salutatione quoque fieri contingat epistolam sed contingat patet exemplum
et subdit quod romana ecclesia taxat.

epistolarum in .iiii. partibus sepe tribus interdum duabus non unquam et de singulis dantur exempla.

veluti grecum faciendum putet ponit Salustius ita dicens. Quis sum ex eo quod ate nil coge-
scere potes. Set Romana curia pertractat interdum quatuor partes epistole quas interdum sub ipsis
quatuor pertractat versiculis, interdum sub tribus, interdum sub duobus, interdum sub uno et singula
non concludit versiculo videamus. Set quatuor distinguit versiculis ut predictum est in epistola supradicta
in tribus plene concludit. scilicet dum exordium, petitione et narratione per causativum signum
quod est coniunctio, quia et quoniam. sub uno versiculo accipit in hunc modum. Quia sopiendarum
litium via tenet, Dilectorum filiorum magistri Petri. moderamini suggestum est appellatione tua et cetera. usque in fine. Interdum in
duobus versiculis concluditur. scilicet exordio et narratione, et sigillatim et districte recapientes pe-
titionum conclusione attendens. Tertium constituit versiculum per hoc adverbium taliter, ut in
exemplis dictis supradictis. In duobus quoque versiculis comprehenduntur sub causativo signum
.scilicet exordio et narratione in unum collectis si conclusio narrationi per hoc adverbium ita. ut tales
annotantur ut puta si dicatur hoc modo, sine debitum taliter imponatis ut nulla detractoribus causa
remaneat, malignandi. alio etiam modo sub tribus versiculis, epistola concludi potest. scilicet si exordium
narratio et petitio per coniunctionale signum quod est hec coniunctio si vel cum. sub uno
versiculo colligantur hoc modo, Cum sopiendarum litium via teneat et cetera. usque moderamini,
suggestum est appellatione tua et cetera. usque retrudebat. discretioni tue et cetera. In uno demum versi-
culo potest epistola comprehendi. scilicet collectis omnibus per hoc coniunctionale signum ut diximus.
Conclusio petitioni ut predictum est per predictum adverbium taliter, vel aliud quod simile annectatur. Non
est silentio transeundum quod Romana curia gratia talis compendii faciendi ponit per se
ipsum exordium aut ipsam narrationem vel cause redditionem cum signo causali vel con-
tinuo vel continuo post hanc coniunctionem quod in narratione positam vel post hanc coniunctionem
quod in petitione locatam. Verbi gratia in narratione hoc modo, miramur quia cum sitis cul-
tores fidei et concordie discordiam confovetis. In petitione hoc modo quod cum militetis in
ordine sanctis ordinem ut divine possitis iniuste formidare iudicium ultionis.

Romana curia non patitur correcturas. Procemium contra male correcturantes.
Romana curia non patitur correcturas que ubis expositionem minime patiuntur quia
multa possunt corrumpi que non valent narrationibus explicari eo quod nec omnium que
dicta sunt ratio reddi potest. Hic distinguit tres distinctiones que considerantur in qualibet perfecto dictamine

De compositione epistolarum satis plenarie viderem super ostendisse. Verum quia non merito.
Sufficiat vas ex auro consistere nisi sit celature artificiosum decoratum. Immo illud
semper est optimum quod noscitur ad decorem. Sciendum autem, quod in quolibet dictamine
tres considerantur certe distinctiones, quarum prima coma, secunda cola, tertia periodus appellantur.
Coma est punctum cum virgula supra ducta, quoniam adhuc scilicet suspensus permanet animus
auditoris. Cola est punctum planum cum virgula inferius ducta, cum animus audi-
toris non habet aliud expectare, tamen aliquid addi potest. Periodus est punctum planum cum
virgula inferius ducta quoniam scilicet animus auditoris, nec amplius expectat, nec amplius
addi querat, interdum proponentis ut in hoc exemplo. Primus gentium est ut sit
nobis erga deum religio, aut parentibus ac patrie pareamus, et cum dico unus gentium est
hic est coma. id est punctum planum cum virgula supra ducta, quia adhuc suspensus
remanet animus auditoris. Cum autem subiungo ut sit nobis apud deum religio,

ubi est colon, id est punctum sine virgula superius vel inferius ducta, licet amplius addi possit. Cum autem adiciamus ut parentibus ac patrie parcamus, ibi est periodus perfecta, id est punctum cum virgula inferius flexa, eo quod auditor amplius non expectat, et apponens ultra non intendit. Et est notandum quod non refert utrum unum membrum vel plura infra periodum faciant. sicut plura infra faciunt unum corpus. Proemium contra male doctos.

Ecclesia domini filios desiderat eruditos, ideo clarius ignorantie tenebris obfuscatus tamquam lampas mortua reprobatur. Et ideo non indigne censui prelibanda quoniam in libro quem appellamus allegoriam Boetij iunioris de veste philosophie ac de dilatatione ipsius est stabilita disceptatio, et sufficienter enucleatum, que ars artium et scientia scientiarum ac philosophie vestis ornata dicatur et corona, hoc multiformi calculo rerum tanta meruit prerogativa gaudere que ut nobis ad presens plenius elucescat aliquid inde censuimus prelibandum. Hic laudatur ars dictandi et vocatur merito ars artium et scientia scientiarum quia per eam omnes artes.

Ars artium, scientia scientiarum, ac philosophie vestis ideo censetur ista littera dictatorie. Alie colorantur. Aurea facultatis quia sine ipsa artes et scientias vel rerum gestarum memoriam non posse diu subsistere vel ad successivam digne transmitti posteritatem nemo dubitet sapiens.

Incipiunt capitula prime partis.

D. pp. scribit comminatorias increpationes ad imperatorem super oppressione illata ecclesiarum ecclesiis et personis ecclesiasticis ac pontifices cum in presentia ante oculos eius beneficia imposita et pro ecclesiam. inducat eum ad condignam retributionem reprehendendo ut desistat ab huiusmodi persecutione et aggravamine inferendo ecclesie conquiescat.

Ut Vercellenses recedant ab obsidione castrorum Vercellensis ecclesie et a molestiis eius cessent.

De securitate prestanda non solum hominibus Regionis sed etiam Tuscanis et quod ab man fu cessent hostili.

Arguit istos de nimia sevitia quam exercent contra eum, inducat et mandat ut agant mitius circa eosdem.

Arguit prelatum ut se et monet de dilapidatione ecclesie et de aliis excessibus de quibus fuerat diffamatus.

Arguit prelatum ut se et monet ut cedat alioquin committatur inquisitio contra eum.

Concedit imperatori trina dilatio ad transfretandum in subsidium terre sancte.

Ut crucesignati qui non exercent votum crucis prosequantur iter in subsidium terre sancte. Alioquin denuntientur excommunicati.

Ut qui compositioni tractande inter partes consentire noluit peremptorio termino prefigatur infra quem suam intentionem prosequatur.

Redarguit veterem amicum eo quod tamdiu non scripsit.

Ut de iniuriis illatis cardinali plena satisfactio proveniat iniuriatoribus castigatis.

Confortat amicum in insistente dilectionis dulcedine et quod dubitavit ad modicum reprehendit.

Ut hiis qui astare presumunt contra papam castigetur ne patiatur imperator sessuram inter ipsum et ecclesiam.

Reprehendunt Apuli eo quod male in suis partibus tractant crucesignati et peregrini properantes in subsidium terre sancte. Item super eodem et plenius.
Gratulatoria ad iustitiarium Apulie super eisdem.
Item cuidam nobili de regno Apulie super eisdem.
Redarguit amicum eo quod tam diu subtraxit se ecclesie indutias cum quod reuertatur ad eam.
Reprehendit istum de nimia seueritate.
Redarguit quendam quod contempto sine cautione edicto euentum vult expectare sedis.
Conuitiose insinuat istis ut circa ea que inceperant efficient prout viderit expedire.
Ut male gesta reuocentur.
Increpat amicum de sua et dicat quod sunt affectionis intentione non distantis consequenti.
Increpat amicum quod non significauit de liberatione filii sui.
Inuectiue scribit iste quod non reputet indebitos quod perficiat ad eum dampna illata capto Albinen.
Increpat amicum quod circa sua fuit de peregrina quam dicat carere fauore iustitie.
Ut nepos suus bonis moribus et scientia instruatur.
Non regratiatur de missis pro edicto quod fecerat de non mittendo.
Scribit quod non habet pecuniam nec intendit mittere equum.
Differt petitum subsidium faciendum pro expensis usque ad suum reditum.
Ad amicum ut non miretur eo quod retardauit eum.
Inuectiue scribit amico quod peregrinis non existentibus de moribus hominum parte non conferunt cum aliis bonis destinare.
Increpat amicum qui pro multiplicitate negotiorum videtur eum obliuioni dedisse.
Rescribit amico quod nichil sinistrum fuit de relatum de eo.
Exponit episcopum et significat quantum peregrinum remittit et domesticum retinet.
Scribit quod non moueatur pro relatione mediata.
Redarguit quosdam mercatores sequentes arbitrium voluntatis.
Scribit amico quod non procedit contra priorem.
Scribit amico quod non consueuit vitare pericula.
Redarguit amicum hesitantem de eo et respondit per cedulam ad petita.
Mandat isti ut accedat secure et moneat quod nequaquam in causa simili recidiuet.
Commendat missa et inhibet aliqua decreto non mittenda.
Super reformatione pacis.
Reprehendit istos qui fuerunt negligentes circa delinquentes.
Persistit ad amicum ut ab eo exigatur quod debetur.
Redarguit deuotum quod sinistrum de eo credit et dicat quod gratum habet si ei amoris aliquid conferatur.
Rogat ut abolendam infamiam prouideat suo et specialiter benemerito isti de beneficio.
Murmurat contra istos qui interpretantur litteras aliter quam earum significatio patiatur.
Redarguit istum qui credit erratum fuisse de receptis.
Inuectiua ad decanum [illegible] eo quod duo instrumenta contraria suo signata sigillo prodierunt.
Inuectiua ad amicum eo quod non satisfaciat si prouenerit de quod ab alio debetur et petit id de

Delusam.
Hortantur fratres ut non insurgat unus contra alium.
Invectiva ad amicum pro eius paupertate.
Invectiva ad quosdam qui scriptam litteram male intelligunt.
Invectiva ad .. episcopum qui calumpniose moratur in balneis et ideo denegatur ei petitio.
Comminatione remordet ille qui ad aliena iura manus iniuriosas extendit.
Contumeliosa cedula ad eum qui nimis acute respondet.
Invectiva ad amicum ut visitet eum corporaliter non per litteras.
Reprehendit eum qui petebat quod non deservierat.
Peremptorie vocatur prelatus ad curiam de multis et enormibus excessibus diffamatus.
Increpatorie vocatur prelatus ad curiam de multis et gravibus excessibus diffamatus et gravis comminatio.
Mandatur cuidam iudici delegato ut in cognitione veniat.
Redarguit quidam qui mentitur plures se scripsisse et sententie contumeliose de superbia reprehendit.
Descriptio plurium offensarum imperii contra ecclesiam propter quod fit generalis predicatio crucis contra eum.
Cardinalis corrigit quendam qui nimis ex non ferventi aliis recitabat quotiens audiebat prosperos et optatos rumores de ipso.
Significat amico non gaudere quod filius suus incepit ad litteras discendas nullumque habet animum ad studendum.
Increpatio ad quendam scolarem qui id quod sibi datum fuit pro expensis temporis expenderat in meretricibus et tabernis.
Increpando monetur quidam ut se corrigat de suis pravis actibus.
Increpatio ad presbiteros civitatum ut compareat coram eo ad procedendum in causa.
Contumeliosa littera ad eum qui impedivit litteram sibi transmittendam.
Exordium ut qui non humiliatur ex mollibus durioribus supprimatur.
Invectiva ad prelatum ut recipiat fratres predicatores in sua provincia.
Invectiva cardinalis ad imperatorem ut non pareat scandala cum Romanis contra ecclesiam sed eas compescat et studeat firmare pacem.
Invectiva ad amicum ut non miretur quod non scripsit promictit etiam scribere oportuno.
Redarguit quendam qui sepius promisit se scripturum quia non scribit nec scripsit.

Expliciunt capitula prime partis. Incipiunt epistole. Dominus papa describit contumeliose increpationes ad imperatorem super oppressione illata per eum ecclesiasticas ac ponens ei in eius precio ante oculos ea beneficia ipse que per ecclesiam et reducat eum ad condignam retributionem.

Miranda tuis sensibus nostra venit epistola ut scripsistis sed nunc reprehendit quod desistat ab hac persecutione et agnoscat
mirabilior tua nobis. Nam vere pagane verbo librasses examine si litteram nunc insistendo ceptis
ad rivalem sensum postposito longe non traxisses ineptiis non suspecta undique quiescat.
ratio invenisses in illis. Unde spirituali patri certiores et matri ecclesie quidem
epistola continebat quod preter omnium opinionem et consilia principum et ut tuis verbis utamur
te invenimus ad beneplacita nostra paratum ita ut nullus predecessorum tuorum illis retro
actis temporibus recolatur ideo ecclesie fuisse devotus. Sed de principibus non aliter ex hiis verbis
nostrum informabimus animum quia probabilis credulitas habet fides experimento probata de quibus

apostolice sedis constantia recte opinionis iudicium frustret suggestionis instantia non muta-
bit. Cum ista preferenda sint dictis et etiam prudicent potius. Extant de archivo
ecclesie munimenta publica prodeunt que singulorum pene omnium principum munita
singnaculis opinione repudiat quia forte uidetur indigere quia illos eo quod cum
similitudo non recipiantes, ac tales viros excellentie tue dedisse consilium
continuum stricto tamen et ipsorum signaculis sigillis de predecessoribus aut tuis si aliquis
certius maior dedisset confessio meretur in illis. Quid in testificare possemus cum si ad proximos
sanguine scribentis referat intentio modicum devotionis sufficeret ut eos comparatione per
cedens. Si tamen comparatione gaudium inveniat ubi nos prevenit postiatam quod ad illos
predecessores intellectum faciaris extendi, qui fide preclara caritate fervientes devotione
et subditos prefacientes, illo parent et exemplo, ecclesiam multis libertatum privilegiis muni-
erunt multarumque largitionum liberalitate ditarunt. Illis si placet in hiis magnifi-
centia vestra non preferat, sed consideret potius si affluentia talium illorum metas attingas
dissimulat quod unum prudentis ingenium si mutato citius [illegible] multe devotionis affirmas
dum beneficia matris ecclesie revocare conaris in dubium, tamquam si possent unius
insinuatione celari que multorum notitie publicat, et singularis assertio reddat ambi-
gua que universalis notitia manifestat. Porro illa ingratitudinis species, qua be-
neficia percepta negantur, aliquid acerbitatis consuevit afferre. Sed illa maioris doloris
habet aculeos qua in bono malum rependitur, et odium in dilatione notatur. Circa tute-
lam quoque tuam a clare memorie imperatrice Constantia, regine sancte apostolice sedis relicta a be-
neficiorum gratia exciperis si tutele sit debitum suggatum eo quod fas inducebat ut si
erat et nefas si deficeret notaret. Verum cum nullius necessitatis articulus tunc
urgeret ecclesiam, ut in te qui omni eras suffragio destitutus, onus non leve susciperet
tutele susceptio que ex gratia sumpsit exordium here redebuit de prosecutionis
debito non ingratum. Caute ut tutoris notam non solum suscepte, sed etiam fraudulente
administrationis non conaris impugnare dicens quod ecclesie nomine defensorum hostes
induxerat palliatos, qui ad perdendum animam pupilli festinarent et pupilli susciperent
regnum parentis et coronam. Habet preterea diffamationis adiectio quod que tutrix esse de-
buit promovere decreat erigendo in patriam sedem hominem alienum, qui non contentus
imperio ad regnum nichilominus aspiravit. Et quidem id non fuit hactenus tua confessio
non id continebat usque nunc tuarum series litterarum quibus post deum totum ascribas matris
ecclesie studio, totum attribuebas eiusdem tutricis laboribus quicquid eras et etiam quod nunc
habes. Unde quam contraria istis tam novelle processit opinio. Unde presumptio tam adversa, tam
repentina prorupit. Si cum frequens missio litterarum continue consciam mutuas habebat
cum nulla subscripta sit tam nove facti, neque facta nove cause. Cur calumpniose in-
pingat quod evidentia facti non patitur. Cur sub quodam nubilo duplicitatis non ad-
vertat, quod sit scripta promissa destituta credat credulitate scribentis tua [illegible]
non colligat quidam de istis illatio subsequatur. Sunt ne ista subsidia que promit-
tebas ecclesie si necessitas immineret et hec retributionis affectus que offerebas si gravaretur

consideret non id quod mater expectavit a filio, non id quod tutrix expectare debuit a pupillo. Sed dicas que
in tali filio et tali pupillo fragmenta favoris eius collegerit si tutrix tam utilis, tam facilis de
tractionis impetratur. Sed dicas quot et quantos labores amisit ecclesia, si palmites quos multo
sudore plantavit et coluit in amaritudine uvas contulit aliene, cum sit muneris
dispendium fructus nullos producere quam nocivos. O quotiens lacrimas quamque amaras
felicis recordationis predecessor noster Innocentius papa multotiens pro te fudit, o quanta sollicitudine laboravit,
ut te innocentem eriperet manibus insidiantium, laqueis liberaret, et qui de mortis faucibus
extorqueret. Ecce quid restitutionis eidem imperialis excellentia afferret, ecce quis regalis
magnificentia recompensat, dum pupillum vite insidiator occultus dicatur et honorum
tirannus spoliator. Recogita, recogita, fili karissime, et inspice claustra tui pectoris frequen-
ti meditatione revolve quod primum quamque depressum te ille summus pontifex post obitum
matris accepit, et quam gratum quamque promotum in sua morte reliquerit. Porro ut ad
dum tuo dum tenelle infantie fines attingens, cum impius ille Marcualdus
tui nominis detractor perfidus antiquusque tuorum invasor Regni Sicilie metas aggressus
utriusque invasionis manus extendens, Montecasinum obsedit, et in sublimitatibus mon-
tis rupestris existens sui roboris exerat ad spatium extremum captionis. Sed in hoc
ecclesie sollicitudo non defuit, que per duos cardinales cum multis militibus et expensis non
modicis, efficace manum auxilii porrexit obsessis, ut invasoris debilitas, et conatus
obsidentis eluderet. Cumque obsidionis exitus insultantis non proinde affectum, et propaga-
ta sue defensionis ad alios resistendi vigore ac resumerent cavaniam. Sed iniquus ille
in Siciliam transtulit ut si ibidem personam regis desiderii sui fines attingeret, ad regni
fastigium sine facultatis obstaculo perveniret. Sed nec tunc protectionis solite dexteram
subtraxit ecclesia, mittens illuc clare memorie G. tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiterum cardinalem
cum nobili Iacobo comite consobrino predicti predecessoris nostri multis associato militibus in
tui subsidium nichilominus destinato. Alius etiam cardinalis est exercitui postmodum deputatus
qui tuis utilitatibus non remissus, ibi diem clausit extremum, consequenter substituto alio
ut sollicitudinis defectu plenitudo circa tue persone custodia non deesset. Interea Diopul-
di malitia longe lateque diffusa, sicut se partes Apulie ac terre laboris extenderet, tantaque
receperat incrementa potentie de P. quodam comite Celanensi victoria, per maiori
parte homines regionis suo applicabat arbitrio suoque dominio abdicabat, in aliquos sicut
potuit resistentes eo audentius debachando, quoniam paucorum [illegible] amictat re-
pagulo, qui de maiorum et sublimium triumpharat. Cumque in partibus illis non haberet ecclesia
que exigeret contra illum, multosque sumptus amisit in hominibus regionis que per parte-
iam fecerat expensas multarumque milium unciarum recepto a nobili viro G. comite quoddam
Baren ad opus tue fidelitatis publice iuramento ipsum misit in Regno ut per eum
clara cornua confringeret inimici. Numquid hoc fuit commissum querere puerum.
Numquid hoc fuit creditum spoliare pupillum, de throno dei sententia procedat, et virtus
auxilii rectum iudicium operetur. Si adversus ecclesiam tua excellentia credit talia credere
si debuit ex hiis accepta credulitas in puerum prodire humoribus ut ubis ex scriptis

autenticas exposita in publico comperet. Sed forsan hoc divina prudentia voluit ut haberet in poste
rum cautela secundum rationem circa homines siquidem alienum que in sede patris tui si tamen
sedes patris dici possit vel debeat que non successionis sed electionis defertur pertinam erectum fuis
se presumis tua prudentia adversus ecclesiam fustrassis inventio eo quod veritas negata de publicis
minus reliquid fidei de occultis. Nullum enim angulum latet imperii quod imperatore Henrico de
functo quondam Philippo duci Suevie quidam quidam Ottoni postmodum imperii divisis
voluntatibus adheserunt. Et licet idem Philippus nomen tamen primo pretenderit ad se postmodum con
tinens negotium sic illud succedentibus presens suis utilitatibus applicans quod tamen de iure non dubi
tabat imperatori sed idem ad occupationem regni Sicilie preggabat. Wormatiensem episcopum ad hoc mit
tens. In hiis etiam tuo subsidio apostolice sedis prudentia non deficit sicut illi prememoratum. O. contra
et nonnullos vasallos ecclesie resistentes in Marchia quod conatu continuit adversos et interdicto ei
adderet ad primum regni fines accessus. Post tandem sublato de medio Ottoni que omnium prin
cipum voluntatis assensibus presentabat electio nec expediuit diadema imperii denegatum qui procul
dubio ut scripsisti subito factus ingratus ecclesiam non sicut erat ecclesie immemor receptorum et quis
etiam multis provocatus offensis dissimulabis illos misericordis ecclesie patientia consueta. Sed
postquam ad tuam proripuit iniuriam in te quem pupillam oculi tamen diutius ferre non potuit
Nota multas vias excogitatas quibus pleno remedio suo presens subvenire minori. O quanto pre
mius eras periculis. O quanto patet ad casum. Non asserimus quod invocavit ecclesia illi auxilium qui su
perbis resistit et dat humilibus gratiam, qui imperat mari et ventis et cessat tempestas qui
deponit potentes de sede ac ponit humiles in sublimi. Invocavit etiam principum auxili si
delium pupillos et magnos sollicitavit ut ei ad tuam relevationem collapsi manum porrigerent
adiutricem. Obstitit tamen divina potentia ingrati conatibus faciens in te tamen ecclesia signum
bonum ut elato cadente tu surgeres et potente debilitato tu posses augeri cum illum sua ma
litia suaque abusio moerpavit. Cum iusto dei iudicio propria perdidit quod avare usurpavit
aliena et tu cum regnum tuum vix extrema remansissent alterius omnino imperium obtinens. Hec
tuna pinguior non arridet. In hac tamen deus cuncta concessit munia gratiarum quibus honeste
vite conspicitur redimitur, fragrat opinio nostra dotatur per quam sanguinis etiam possit regius
honorari sic ad illius fastigii consortium tolleretur plene pleneque certatim in ea con
veniunt munia gratiarum claritudo prosapie diffusa ex nobilium generationes optimas
quibus illa cui nupsit opponet forme species pulchritudo assistit decor et vultus fons signatur
et antonomasiam virginei flos pudoris, fortuna etiam ipsam summe rote sic in
venit apicibus beans illam nec non in fastigio que posuit deus in culmine vertice
populorum accedens in eius dextra omnis cerni regiminis presagavit. In hoc quoque cui di
vinitus datum est cum consortibus fulgentibus principum principi assidere et terrenum solium conscende
inter eos. Imperantibus denique universis per hos duos celsius sublimatis quibus coniunc
tione ipsius coniugalibus preterens gloriari poterit se adiunctum cum in eis per tot singulari
tatis gradus viderit se promotum. Anxiam quippe ne vobis differentibus alius accipiat
hanc coronam ad quam anhelant optimi eorumque in ipso proventu refrigidant audi
sectatores. Adeoque nostra vestra sano consilio suademus quatenus aliis preteritis hanc in coniugem assuma
tis que pretium vestre mulieris optime vir probat. Excusationes et magna contraria flerent ut vos nos

Recens adhuc temporis iactura preteritis cautiones fortes afferent caute que offenderat.
vos admonet in futurum ut accidentes prudentia quam gravia non solum
rerum discrimina verum etiam animarum et corporum seva pericula dissentionum causa molesta produ
xerunt summo opere vigilantes et cautelis attenti ne reformande mentes vos pacis
initia que si non corde et corde processerint parit desideratam communitatem, cari
tatem et unitatem, huius restitutionem vestri status comperimus vestri similiter repugnant ali
cui nove sentiant alterationis obstaculum vel in antiqua recidivum recidivum
sed undique discordiarum occasionibus quam in vobis sunt studiose submotis du
raturum deo auctore tranquillitatis lenitas dampna resarciat que securitas
continue diuturna hostilis concertationis inflixit. Horum profecto consideratio nostram

interpellat affectum ut nos qui hec dudum attenta meditatione pensantes operosum
exhibuimus studium et studiosam impendimus operam ut quiete vos in soliditate pe-
mus ne labores nostros effectu frustrari contrariis quod absit contingat eventibus
non desistamus acceptis set reddamus vos paterna monitione sollicitos. quatinus sic ematis
caute per unitis quod inter se vota vestra non discrepent set solide coadunationis glu-
tino in unum alicuum coadunata concordent et aliorum corda vos in caritatis sinceri-
tate iungant illorum sapiue de quorum amicitia et benivolentia et communiter omnibus
et singulariter singulis honor potest et utilitas provenire. Specialiter itaque personam dilecti filii
nostri G. sancte Marie in Vialata diaconi cardinalis vos decet attendere quod cum sit magnum et
honorabile Romane membrum ecclesie et honorificentia que exhibita vobis et ipsi ecclesie ho-
nor impenditur ipsius offensa non preterit vos et eandem ecclesiam indefensos. Cum igitur
fiat nostro viri magni consilii et circumspectionis non expers procul dubio expedit ut
omnem inter vos et eum dissentionis amputando materiam eum studeatis bene-
placitum et vos federe sincere caritatis unire. presertim cum ex ipsius favore ac
gratia multiplicari possit utilitatibus vestris accrescere tam in vestre conservatione gentis
quam in promotione illorum que vos apud sedem apostolicam promovenda forsitan
pro tempore imminebunt. Propter quod vos sano consilio suadentes ut habentes ad ipsum re-
verentiam que tanti viri decet personam dignitatem et statum studeatis cum-
mode pacem et concordiam nutrire cum eo. Universitatem vestram monemus et hor-
tamur attente per apostolica vobis scripta mandantes. quatinus circa discordiam inter eundem cardinalem
et vos occasione terre sive Hacten suscitatam taliter provide curetis quod omni super hoc
deo propitio dissentionis relegata materia et sedato rancore inter vos et eum de-
cetero pax et concordia vigeat. idemque cardinalis evidentia in vobis accepta devo-
tionis argumenta sapiens vos et vestra favorabiliter promovendo negotia vobis
affectionis grata beneficia recompenset. Ceterum desiderantes eidem cardinali et
vobis provide et celeriter provideri, Ecce dilectum filium magistrum .. capellanum nostrum latorem presentium
virum utique providum et discretum de cuius industria et circumspectione ple-
nam in domino fiduciam obtinemus ad vos duximus destinandum committentes
eidem ut ad parandam inter cardinalem eundem et vos solide pacis et concordie
federa interponat efficaciter partes suas. Super hiis autem que utilitatem et bonum
statum vestrum respiciant ipsius consiliis confidenter intendite et benigne eius
salubria monita exaudite. Monitio et mandatum quibusdam de hospitali quodam ut semper persistant in pace et unitate.

Quanto vos sinceriori affectione prosequimur et hospitalis
vestri voto plenius diligimus maturitatem, tanto vehementiori turbatione au-
ditum tangit quod inter vos et aliquos ex dicti hospitalis fratribus quedam dis-
cordie seu dissentionis habetur profecto indecorum ac reprehensibile noscitur si
inter vos et fratres eosdem qui fore debetis unanimes voluntatum non exi-
stat identitas et stabilis unitas animorum. Cum via bonum est et quam iocundum habitare
fratres in unum quod acceptum deo quamquam humanis laudibus attollendum. Set re-
vera dum a vobis bonum pacis excluditis et fraterne dilectionis affectum au...

Nota de offensa per...

Nota de concordia

cui dicere ingerit adicia vacuatis multorum devotio circa domum hospitale minuitur et plurimorum
caritas refrigescat. Sane nuper accepimus quod inter vos et fratrem .H. inimico homine supersemina
re zizaniam ex causis levibus gravis dissentionis materia est exorta de quo sumus tanti
incomodi cum vos et fratrem eundem sinceris affectibus prosequamur. R. G. et obsecramus in
domino ihesu christo. quatinus omni discordia omnique rancore depositis eundem fratrem qui vir capitis existit
patria benivolentia pertractetis ut dum ipse vobis affectum patris invenerit erga vos de
votione impendere studeat filialem. Nosque vos et hospitale predictum sicera obligemur et reddamur
ad illa que placeant promptiores. Rogat quendam prelatum ut provideat cuidam domini pape

Eciam commodis multum videtur accrescere dum personis talibus providetur nepoti.
cum illis ex quorum favore eedem esse in suo statu et gratiis insuper possit pro
cere incrementis, frequenter enim evenit quod hii quibus beneficia accedunt cum respondere
sufficiant suis benefactoribus pro perceptis nequeant per seipsos per suos dignitate utique ac
potentia preditos maiori compensatione respondent, et sic eorum defectus convenienter et plene
supplentur studiis et viribus aliorum. Unde consulte agit et negantur salubriter qui talibus dex
teram liberalitatis extendit et aliis in beneficiis et gratiis ipsos confert qui a maioribus
vel consanguinitate coniunctis hec propensius attenduntur qui sic collata recipientes tota
liter in seipsos sibique beneficium specialiter reputantes recognoscunt impensa et extimantes
se ob id largitionibus plurimum obligatos grandia illis pro suis retribuunt et compensant
et quanto celsiori honore preeminent tanto se gratos ampliori remuneratione demon
strant. Tunc autem superiores pro suis vehementius obligantur cum sponte illis beneficiatae
tie manus porrigitur ita quod nec expectata presidentis fit donatio grata fiat et be
nefactor ipso effectu operis affectum sue sincere primitus voluntatis. Ut igitur sanctissimi patris
et domini. A. summi pontificis gratiam et benivolentiam vobis et ecclesie spontanea voluntate lu
cremini ipsumque in vestris opportunitatibus promptam et celeri constituatis devotione favora
bilem et benignum. paternitatem vestram affectuose r. et hortamur attente vobisque suadentes
et consulimus pura fide. quatinus ad .. clericum ipsius domini pape nepotem diligentes intime affec
tionis intuitum et in eo personam cuiuscumque attendentes vel de cetero et prebenda siqua in
ecclesia vestra vacat ad presens vel quam primo ibidem vacare contigerit ita quod dantem et
recipientem quam immo illum cui refertur hoc sic deceat cum ratione excusatione dif
ficultate ac dilatione postposita providere curetis cui liberis in hoc apostolice indulgentie
obstaculum submoventes nec omictatis vel differatis eidem clerico providere
pro eo quod dominus papa super hoc vobis dirigat scripta sua immo potius ex hoc ad providendum
ipso clerico festinare debetis quia quanto benignius ipse dominus vos supportat et grossius defert
vobis tanto ipsum in suis tenemini curis et habundantius honorare. Vos etiam discrete con
siderare potestis quod talibus parcimus. Novimus enim quam accepta sint domino prefato et
quantus vobis et ecclesie vestre favor quantaque utilitas proveniret. Rescribite itaque tam apud dominum
quam nobis per latorem presentium. ipsius domini pape cursorem quem propter hoc specialiter destinamus quicquid
feceritis in hac parte. Scribit legato apostolice sedis. mortuo in talibus partibus ut revertatur ad curiam

Tempus est ut emisse columbe virens vocanditatis folium sine mora.
referens revertatur ad arcam tempus est, denique ut ad illum redeas qui te ad

Nota gemma

Notabile de beneficio

Nota de reversione ad curiam

= ut mater ecclesie desideratum
domini filium recipiat expec
tationis tedio fatigata tempus
est.

minora transmisit emissum cum mittens desideratum expectat filium cum signo exulta
tionis videlicet reversurum. mater quoque suum sinum filio absenti impleri desiderat et
fetus suo solacio renovari sicut qui misit suavitatis refrigerium de legati revisione
fidelis. Cum igitur suscepte legationis officium debita laudabilis sollicitudinis diligentia sis
prosecutus et futuris temporibus ecclesie Romane negotiis presentia tua sit nobis oportuna. mandamus quatinus visis
litteris studeas ad sedem apostolicam te conferre. Petit abbas et conventus a domino papa consilium quid sint

Quidam vir monachus decrepitus immo incepit facturi de quodam monacho qui amputavit virilia alterius.
regule ac tenoris discipline eius castigante diabolo in quendam iuvenem mo
nachum impudenter nephario affectu libidinis lascivit cui cum multotiens intrasset blandi No 60
retur affatibus muneribus et promissis in pugna ipsius non potuit corrumpere castitatem. Tandem
imminente oportuno tempore ipsum arripuit violenter. Sed qui dei spiritu agebatur aborrens tanti sce
leris feditatem pro honestatis defensione et custos cultello proprio amputavit virilia monachi
ferientis. Doceat igitur sedes apostolica cui mos correctionis et cuius subiaceat offensio utriusque.

Impudica senis libidine et honesti audaciam iuvenis Responsio ad precedentem.
ex serie litterarum quas domino pape misistis notantes intelleximus quod dum ultra metas
etatis fureret motus in sene ... moderamen de iuvene ius defensionis excessit.
Aggressori vasis seminariis amputatis. Cum autem seni sit medicina circa punitum
petistis et iuveni dispensationis gratiam subveniri. Nos autem discretioni vestre auctoritate domini No de pena
mandamus ut hostilis nature ac usus falsarius naturalis qui fratris pudiciciam in ecclesia attempta
bat in monasterio artioris conservantie recludatur vindicte divine exemplar ne transgres
sio transeat in exemplum. Sane circa iuvenem qui sic defensor pudicitie fuit ulti
onis tamen excessor extitisse videtur sic moderetur punitionis arbitrium ut defensionis
excessui satisfactio omnino non desit et rigor penitentie libere contradictionis audaciam non
incurrat. Illum autem monachum infirmitatum qui ... vestrorum lascivia seni de iuve
ne infamis presentio ubi dicitur pretendisse arte pernicie velum et pravitate que abho
minabilis cuius credimus non expertem. Ut dent consilium et auxilium predicantibus contra here

Serpentis antiqui perfidia in humanum genus iniquitatis venena ticos.
transfundens a paradiso hominem eiecit et ascensum ad superne patrie gloriam eius pravi No contra hereticos
vit pastoris medici exinde maiori tenetur ... quod hominem ad ea regna credebat
ascendere a quibus sua se dolebat perfidia corruisse. Porro deus benignitatis filium suum
crucis iussit subire patibulum ut nos angelorum cives efficeret et a nobis diabolice
servitutis compedem removeret. Sed hostis ipse ad fallaces recurrens versutias in quorum
forma transivit qui simplicium fidem subvertere et fideles antique mutant captivitatis
rebus implicare. Ipsi quidem in vestibus ovium rapacitatis existentes lupine ... ma
um et fide vicarii dum pios osculum porrigunt dias ad inferiora deducunt
Quanto igitur fortius tanto libentius ad hereticos et incredulos et fideles conservandos debe
mus assurgere quanto maioribus nos dapnis afficere cupiunt qui fidem catholicam
heretica pravitate corrumpunt quod fidei dapnum eo detestabilius accidit quo fide
deficiente nil proficit quicquid ultimus continet ad extirpandam igitur de civitatibus et dioc
vestris pravitatem hereticam assurgentes. dilectis filiis .. et fratribus ordinis fratrum minorum et

predicatorum super hiis efficaciter studeatis impertiri consilium auxilium et favorem. Ita quod sicut iam
vos apud dilige studeatis et nos sollicitudine vestra possimus merito commendare. Item super
eadem.
Q[uod] divine laudis precepto quod vobis si noluimus hoc procul dubio aliis facere prohibemus.
Agratias agimus largitori omnium gratiarum in gratia eius est ab ipso collata quam fides fidei
zelo succensus gladio spiritus et reliqua que armatura munitus venena reptilia que iam sunt ex
parabant ad prelia aliis perditionis periculum gestiunt intemptare nuper in civitate
sua in sua astutia comprehendens illas tuo sancto proposito tradidisti ut sic remissum
est postea ab illorum liberans rabie indefensa ipsum acceptabilem deo reddas. Super quo dili
gentiam tuam dignis in domino laudibus prosequentes fraternitatem tuam rogamus in domino quatenus solli
citudinem continuans inchoatam huiusmodi feras filiarum humanas animas insatiabiliter
sitientes ex animo prosequi non desistas ut ex hoc tibi eterne retributionis cumulus augeatur
nosque tibi constituas merito debitores. Inducit quendam postulatum in archiepiscopum ad bene agendum regimen.
Presentis epistole titulus satis videtur afferre quod grosse conferat quandam esse cum presentato
notitiam de postulatione vestra processum, mictitis quod manum ad fortia ut adeo.
fiat de gradu in gradum ita de virtute in virtutem crescatis archiepiscopalis debitum
suscepturus. Sic salubriter prosequentes ut vobis in domino proficiatis ad meritum et subdi
tis in exemplum. Adhuc per .. latorem presentium quem vobis credimus esse devotum rogamus quatenus circa
institutionem cuiusdam in quadam ecclesia ad quam dicitur canonice presentatus sic ha
beatis si placet nostre interventionis obtentu et sue devotionis intuitu commendatum
quod spem vestre benignitatis affectum sentiat cum effectu. Inducit prelatum ut noluerit
Benedictus deus qui sicut asserit et iam ad maiorum aures petat cessionem qua presciat
ascendit procedit vestre prelationis studium in effectu. O quantum gaudii nova cessavit.
O quantum exultationis vobis accrescat si prout incepit proficiat in manibus vestris nego
tium pene penitus desperatum. Vertatur in hiis non vobis sed nomini domini detis gloriam et hono
rem qui fecit signum vobis in bonum qui etiam sic assistet quod impius non resistet.
Cedat igitur cessionis petitio et tepescat huiusmodi petitionis instantia qua vos non
movet et magnanimitas non patitur. Respondet petenti consilium quod ecclesia combusta non est consecranda de novo.
Ligneis edificiis ecclesie vestre igne consumptis cum et parietes in sua integritate re
manserint et mensa principalis altaris vel enormiter lesa non fuerit nec debet ecclesia
vel altare denuo consecrari nec opus est quod propter hoc quod in reconciliatione aqua et sale aspergatur cum
ecclesia non credatur in casu violata predicto. Inductio ad magnatem ut solvat annuum censum
Q[uo]n[iam] vos diligunt numquam debet vobis persuadere quod pro eodem pro quo debitum monasterium
aliquid subtrahat conventui monasterii Casinensis. Expedit quidem quod ad ipsius convict
nullatenus personalitatis offensam. Unde non consulimus ut non displiceat vobis consilium nostrum
ut sine articulis difficultatis obstaculo exhibeatis eidem conventui censum debi
tum annuatim quod certis quas teneritis memores verborum que dixistis domino
Albanensi et nobis pro deo nullam emulis materiam eloquendi. Rogat ut mitiget animum
Intelleximus quod hactenus predecessorum nostrorum ... Item in accusato eidem.
ad nullius prorupit offensam nec lesit in aliquo monasterium Casinensem sed modo cum
sit vocatum describitur vobis adversari pro quibusdam. Sed certe propter hoc adesse vobis ga

dilexit in minori officio constitutos quod laudabile testimonium perhibuit conscientia teste de uobis. Unde petimus r. t. quatinus eius uobis exprimas offensas ut satisfactio sequatur cum ei fit manum agrauantie tempestas. Spero ad ultimum ut non detur ad ista dilectus quem fiducialiter quodam spiritu libertatis alloquimur illum cui nos nostra coniungit glutino caritatis. Nota
Ad placit ut acceptet concordiam in causa iuxta consilium suum.

Sup indicio et examine contemptus ad presens e uobis quod cum ecclesie sancte Marie in campo et capitula eiusdem. Sane uiris prudentia uideri non debet inutilis dispensanda concordia per quam sic audiciorum strepitu labore uariarum expensarum dampna cessant quod concordius iustitia nullius note subiaceat lesionis. Ecce quod agitur iudicium quod utraque pars ducetur fama et ambobus humilis relaxatio utrisque. Ex quo sequitur quod dum in hiis de plano uobis iurisdictio recognoscitur apud de iurisdictionis possessione liquebit. Cum quod dictis istis de aliis non fit actum atque finalis et expedita lapsu temporis potuit post ista precedi admictite si placet admictite quod ac dicitur utilis paratum. Certum non adeo firmum me examino ut si uobis occurrerent meliora contempnam. Dissuasio ad amicum uolentem mutare religionem pro senio et infirmitate.

Et si premas hostes quibus uolare satagis in sollicitudine ut quiescas quia paratur ligate sunt nexibus debita coniugalis quod non solum in usu thori consistat sed etiam in quibusdam omnibus que maritali lege debent. Porro sicut intelligo ad consumatione cum desiderii consensus sed nunquid licet decet aut expedit cum tanto scandalo coniugis et soli parare quiete. Sane possum forte timeri ne unde asce di uidetur ad meritum tenderet ad culpam. Preterea multum me terret infirmitas que te urget cum non claustrum silentium pateat sed claustralium interrumperet forte quiete. Et quidem rari nimis et parua temporibus istis occurrunt qui multum illos admictant de quibus labores et omnia dum taxat expectant. Illud non quod secreta in patefecit relatio nuntii tui non multum persuadent religionis introitum per quod omnis sicos restitutioni subtrahitur et qui in domino satis sufficiat cum effectu. Certum quod potest est domino prudenter compendia felicioris euentus dilectione suadeo concepta proposita sub qua sic moretur prompta uoluntas quod non habeat quid metuat retardata post. Ad hec recommendo me omnibus uestris orationibus non dubitans quod etiam in infimo seculi preciosas aliquas sibi conseruet dominus margaritas qui dicitur Elie reseruauit septem milia uirorum qui ante Baal genua non curuauit. Rogat religiosos ut celebrent anniuersarium pro Frederico mortuo qui fuerat specialis ordinis benefactor.

Caritatis exposat officium fratres carissimi sicut satis ut inimicas et persecutoribus pietatis beneficia conferant amicas et benefactoribus quid soluet. Sane iusto iudicio grate deuotionis obsequium pre laudibus impenditur et honoris exhibitio congruentis. Incumbit itaque sollicitudini uestre ut qui tenearis pro aliis intendere cultum bonitatis quod honorabile nomen quiddam. Fr. mc. domini Honorii pp. iii. papam patris et benefactoris uestri specialis ut gratis beatis et diligenter et humiliter accenderetis in potentia uirtute uestre domum uestram de uicus ad summa de aduersis ad prospera relauauit et quam uirtuosa potentia decorauit illam decore preciosa libertatis. Nostis enim quod die sollempnitatis et leticie qua serenissimum dominum nostrum Fredericum Romanorum imperatorem semper coronam

Nota de non accedendo ut soli liceat
Nota de communicatione
Nota de pensione pro benefactoribus

impii per nos illam circa nos gratiam libenter exaudit cui simile adhuc auditus hominum non
percepit videlicet quod nos in momento exaltavit que aliis infra mille annorum spatia Romanam
matrem ecclesiam vix providit ipse pia libertate siquidem, sicut satis omnes libertates immunitates
et indulgentias dominus noster concessit quas a diebus antiquis venerandis domibus templi et hos
pitalis paulatim et successive noscitur concessisse. Nos preterea fuit contra malignantium iacula sa
lutis galea et defensionis clipeus ab insultantibus emulorum. Fecit etiam nomen domus in — Nota tota.
orbe terrarum adeo celebre reddidit et sollempne ut revelante deo ubique cognitum quod paupertate
volente fratres in muneribus occultantur. Quid ultra facere potuit et non fecit, Quid ergo
pro tantis beneficiis exsolvet quis ei remunerare sufficiet preter deum, illum ergo in
retribucionis debito petite auctorem illius desiderantem devotione supplicia postulantes ut
sicut ipse domum exaltavit in terris sic animam eius altissimus glorificante reddat in
celis. Denique ad hoc impetranda et gratia cum forma venimus et acrius vos here.
Universitatem vestram vos affectuose in domino deprecantes quatenus molestum et flebilem diem quo
predictus dominus a seculo transmigravit in scriptis redigi facientes per singulas domos vestras ubique
noscitur ecclesias obtinere anniversarium sibi statuatis. Ita quod in omnibus vestris ecclesiis pro ipso
vigilie defunctorum et misse honorifice decantentur, provisis pauperibus in elemosina com
petenti prout unicuique vestrum dominus inspirabit, quod cum genus beneficiorum vos in cele
stes thesauros congerit et sicut parat domum gratiam apud homines, impetrat ipsi
anime per elemosinas vite solacium et quietem. Ad hec quia nos expedire cernitur in immen
sum ut qui tantum pro salute domini pape rogavimus pro melioratione status vestri apud vos
pariter insistamus. Caritatem vestram affectione qua possumus duximus exortandam, quatenus intui
tu nostre quam et obtinere cupitis ab omnium conditore nos orationum vestrarum suffragiis
fulciatis ut maiestas omnipotentis creatoris in potentiam vestram supplicat et importa
bile pondus alleviet quod portamus. Denique nos sic de commissa cura perficere ut una
δ vobiscum perpetua ad gaudia perveniunt. Epistola ad amicum qualiter vivere debeat ipsum bonis
Omnium gratie ingratitudine tollitur sed gratia devote moribus informando.
non recognita sic sapit ingratitudo. Ut ergo crescat donorum seu beneficiorum collatio de su — Notabilia.
perius exultet receptorum celitus gratia existas vite decor te reddat acceptum erumpit
cum cordis vena et mel ita suavitudinis fundat lac fluat mundicie et provecta horum
decursu madescat ut de sinu magistri celestis tue mentis in solum semina doctrine
spargantur que in tellure compluta germinent crescant nociva ac debitum obtatis
fructibus incrementa excludant. Sapientia quidem mentes declinat carnalium si operis si
voluptas inhiabat potro dicere non carnis affectibus annuas sed prima dispositione
vos eius accedat. Salivas quidem et veneni debitum stomacho se facias de subtractis. Si
autem homines indebitas te importuna debita exactione pulsaverint ut ultra debitum mo — Nota capitulum notabilia.
deramina petitionis adimat in aures exaudicionis adulteris iuste rorus vicias
eos neganda repulsionis excludas. Si decurrunt incedunt oculus ad illicita palpe
bre velamen obicias alii demissio visum abreviet qui ipsum subita correctione
excludas. Si stimulus carnis in lapsum pellaris libidinis concitat te habena
coerce. Fuge plateas vicos civitatem, carne solitudinem ama, et signum crucis ad

indebita raptus petit exitum limite repagulum et ꝯdiāoīs apponas. Sit familiaritas cū libro ut mamā eius explores ⁊ cum mentem eius plene dicens iam qui ꝯtēpnas eundem. Sic amice intus actibꝫ prudentie dirigaris ne ꝑ errorē impudentie pede lubrica te ꝯtinuas ⁊ tu sine labe de lapsu resurgas. Sic in ꝓlās ⁊ alijs uita cū discretionis regula linees ꝙ inde colligimus opitulante deo fructus uberes quos speramus. *Inducit quendam expertum adversa*

Scias certe mundi expimēto cognouit ꝙ obseruastis hactenus paciencia *nunc in prosperis existe-* in adversis. Verum quia nō credit nimiū ee uirtutis in ꝓsꝑis seruare ea *te habere paciētia er-* ueclam. r. q. ꝯtinuaꝫ uos attingit fortune ꝓspitas hijs diebꝫ nichil omnium agnoscatis patiētia circa subditos obseruando. *-ga subditos.*

Explicit epistole tercie partis. Incipiunt capitula quarte partis.

Doloris ⁊ ꝯsolationis littere ad nobilem mulierē de morte regis fratris sui.
Consolationis littere ad quendam plorantē de .. mortuo.
Item sup eodem de fratre mortuo.
Item sup eodem. Item sup eodem.
Consolationis littere ad patrē plorantē de filio mortuo. Item sup eodē. Item sup eodem.
Littere ꝯsolationis ad quendam nimis plorantē de morte filij sui. Item sup eodē.
Consolatur istum de morte nepotis sui.
Doloris ⁊ ꝯsolationis littere ad ꝯsanguineos suos de morte comunis ꝯsanguinei.
Doloris ⁊ ꝯsolationis littere ad amicum plorantē fratrem mortuum.
Consolationis littere ad patrē irremediabiliter plorantē de morte filij sui.
Consolationis uerba ad quendam ꝯtratum.
Consolatur istum plorantē fratrem mortuū.
Innuens doloris litteram ad amicū qua significauit ei ꝙ filiā suam dilectissimā ee nuper ꝯiugatam.
Consolationis littere ad quendam lugentē de morte fratris sui.
Pulchrum latinū de occasu cuiusdam sapientissimi uiri.
Indicat istum ad ꝯsolationē hendam de filio suo qui factus ē monachus.
Condolet amico de egritudine filij sui.
Compatitur amicis in tribulationibꝫ recognoscens se debitorē in multis ⁊ in missis assur-
Confortatur istum in adversis existentē ⁊ offert suffragiū suū .ꝯ. | -git ad gratias
Contristatur de amici ꝯtratione ⁊ rogat ut ꝯualescentiam significet.
Compatitur amico sup mandato facto .ꝯ. ꝑ .. dicēs ꝙ omissis litteris aptitas uult ua suis.
Mittit nuntiū ut ꝑ ipsum de amici ꝯtinentia certus fiat.
Significat se sanū ee ⁊ tamen depssum ꝯtrationibꝫ.
Congratulatio ad amicū prelatum de ꝯualescentia ⁊ sanitate sua.
Significat amicus amico se ꝑ dei gratiam ꝯualuisse de infirmitate.
Compatitur fratri patienti in pede. *Explicit capitula quarte partis.*

Incipiunt epistole quarte partis de ꝯsolationibꝫ ⁊ alijs que ad id pertinet.

Scitis credimus *Doloris ⁊ ꝯsolationis littere ad nobilem mulierē de* ⁊ sine dubitatione tenemus *morte cuiusdam regis fratris sui.* ꝙ audita morte .cla. me. .P. regis aragonum fratris uestri multi doloris mitteꝫ

c. 27. Inducit quendam expertum adversa nunc in prosperis existentem habere pacientiam erga subditos.

amaritudinis calicem recepisti, sed nec prima nec sola cum quod sacris dolium et pressus ad te dolor ille pervenit per nos transitum habuit fecatos in nobis quantum secundum deum licuit statione et quidem satis in vivo monstravimus quantum in mortuo doleremus et notavit affectus in vita quod sequeretur tristicia in amisso, multo quoque dileximus et inter alios principes seculares illum quadam speciali prerogativa praetulimus in eo quod contra sarracene gentis perfidiam tanquam singularis christianitatis athleta quasi proprium commune populi christiani periculum est mete. Porro non est dissimile quod summi liberalitas largitoris non respondeat eius laboribus recompensatione condigna cum non sit in retributione difficilis qui de sola gratia multa supplicum excedit et vota sua habundantia pietatis. Sane nulli fecit iniuria sic usus plenitudine sui iuris, spiritum quem corpori commisit ad opus suo quem revocavit. Quis est homo qui vivit et non videbit mortem. Homo pulvis in pulverem revertetur et quasi flos egressus homo conteritur et fugit velud umbra et nunquam statu permanet in eodem. Habet quippe humana conditionis fragilitas debita solvere mortis sed nescit importuna exactio quam debiti humane reddit que sorte sine differentia discretionis extorquens. Certum non omnino quidem est dedisse videtur post se illustras in dotis filium derelinquens qui sui per opera possit presentare parente ut propago respondeat per radice. Restat igitur ut in eo spiritum consolationis assumas qui summus est consolator memor quod magnus ille david amare filium flevit egrotum sed mortuum non ploravit ne divine videretur contrarius voluntati, ut igitur non excedas normam domini dei tui que posita est ad regimen aliorum considerans alios in te ipsa existens presentabis in exemplum et posteris infideliter nam. Ad hec illud considerare te volumus quod quanto plus est visa destituta parente tanto melius ore divina clementia tibi faciet in presecutione provectu et cui plus de tuo est providebit de suo ut totum quod certe illi tantum ascribas per quem post temporales regni labore quietem assequi poteris sempiternam. Consolationis littere ad quendam plorantem de mortuo.

Sors hec humane solvere debita mortis, mors tamen amara sorte non parcat humane generationis singulorum et singula generum in carne viventia sub sua lege concludens. Certe pro tempore tamen non rerum casus fatalis extreme sortis subiceat et opus solutionis anticipans exegit debitum ante diem in iniuria vite dum adhuc ordiretur tela presentis. Sane cum idem circa obitum perdiderit in iuvene viri contritione cordis, confessione oris, dispositione bonorum ad patrie celestem et patriam dum sic obiit advisse credatur, factus de peregrino iam civis. Ergo fili spiritum consolationis assume dando tristicie dampna non augens que adiectione remedium restaurari omnis ignorant. Item super eodem de fratre mortuo.

Proprio filio suo etiam deus non pepercit nec ius commune conditionis regula in humane nature exceptione habet que a mortalitate prime corruptionis (*corruptionis* written above the line) aggressa moriendi necessitate incurrerit nec debitum reddere licet et decet quia scriptum est fili in mortuum produc lacrimas, sed iure non debent a salvatoris lacrimis discrepare si estis salvatoris amici qui non pro morte lazari sed pro ipsius revocatione ad miserias temporales planxisse legitur et luxisse. Quis enim ultra debitum naturam impugnat non naturam, sed nature impugnat actorem. Nec est tantum illi infert iniuria qui nocere noluit inferre videtur. Igitur caveat ne fratrio affectu, et postmodum peccato cedit eternus et salvatoris effectus. Ideoque sinceritatem vestram monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes. Quatenus ob reverentia divina

Pro consolatione pro mortuis fratrem

consolatio.

et tristitiam omnem extraneam deponentes gaudeatis in illo qui celestis profunditate consilii
disponit et ordinat vocat et revocat subiectas sue prudentie creaturas quam affectibus pa
ternis et pater filios corrigit et ad vitam disponit etiam eterna provisum ut in sa
cramentorum suffragiis aliisque operibus pietatis quod preterire non potest et eternum est in spe viven
tis eodem sancti viri Job consolatione memorie commendantes post rerum et filiorum amissi
onem dicens dominus dedit dominus abstulit sicut domino placuit ita factum est sit nomen domini benedic

Vox in rama audita est ploratus et ululatus multum in obitu Item super eodem. Lai
viri egregii filii unici qui tanto maioris extitit reliquid materiam quanto maiori dote na
privilegiavit eundem et prerogativa una mortem speciali titulo insignivit o mors invida mors
amara que in eo telam vite succidit dum adhuc ordiretur tela vite passa precioso
palmite non relicto, Ecce quod verebamur accidit et quod timebamus evenit quia subtractus
est carus legitimo filio palmite non relicto. Damus quidem ad esse doloris modus tamen
non debet esse dolorum quia dominus dedit dominus abstulit in cuius manibus mors et vita qui cui
dedit originem dedit et obitum et sic certus est lex tam vite quam mortis quod nil mutat
impio vel favore. Cum igitur usus sit dominus iure suo nemini facit iniuriam licet vide
atur manus eius ad presens plena fuisse rigore. Ceterum quia decet ut voluntati
eius nostros conformemus affectus consilium et pro gratia petimus speciali ut temperato dolore rigo
ris fluxu lacrimarum restricto iam in vobis paratis viris consanguineis et amicis existen
tes consolationis speculum et confortationis exemplar. Item super eodem.

Satis intelligere possumus quante amaritudinis calice nos propinavit dominus in obitu filii unici
sporto viri erat perfecti consilii viri probate amicitie viri examinate virtutis unde non
tantum nobis accidit sed multorum est casus eius non igitur est mirum si doloris sentitis aculeos
non mirum si oculos resolvistis ad luctum. Verum etiam sicut legitur fili super mortuum produc
lacrimas et quasi dura dira passus incipe lamentari. Separatum est tamen modicum plora super mortu
um quem requievit spiritus eius non erit consternatus sicut et ceteri qui spem non habent quem vivo
cum iam extitit debitum carni conditioni solutus consolationi solatio quod deletus. Consolatorie littere

Bibimus de amaritudinis calice de quo potavit nos Christus ad patrem plorantem de filio mortuo.
redemptor omnium in obitu filii unici quondam in quo nobis non defuit cum extitit nec cum
defuit dolorosa. Et quidem nec nobis qui vestris successibus quam quacumque prosperitate con
cantes afferam feliciter sumus participes et contrariorum non sumus expertes. Verum quia dominus
dedit dominus abstulit sicut domino placuit ita factum est voluntati eius conformemus et tristitiam in
eo consolationis remedium assumentes qui ponit humiles in sublimi ac merentes eri
git sospitate qui facit post tempestatem tranquillitatem et post nubilum dat serenum. Conso
lemini igitur consolemini ergo consolemini sperantes in domino quem vestre in acceptas filiis et aliis quos ad
huc etas vestra promittit vobis certam recompensationem restituet quod nunc in accepto amore
videtur esse remissum. Item de eodem.

Bibi calicem amaritudinis quem propinavit mihi et vobis transitus cari vestri. Certe ine
briavit me absinthio et felle potavit mors eius quem dum adhuc ordiretur tela
vite dominus pro velle succidit cum abbreviato ordinario vite cursu ante quam in robur
cresceret mors properans ipsum nimis tempestive rapuit et raptum festina rece

Consolatio

tam

non defuit cum

pit sepulta. Porro in imminebat usque in caput per noctem et fuit per mortem, unde hoc
mortuo utique in morte. presertim cum pro eo nullus palmes remansit qui responde-
at pro radice. Sane hoc satis acuit doloris aculeos et utinam non sic exhibuisset spem
meum adolescentis tam cari dilectio, ut amare flet tam amarum. Ecce angustia
magna iam dicta quod extrema gaudia luctus occupat et risus dolore misce-
bitur. Verum cum multa sit materia afflictionis non oportet ut plus expressio mere-
rationis adiciat, sed recurramus ad illum qui pater est misericordiarum et deus totius con-
solationis qui ponit humiles in sublimi et merentes erigit sospitate in eo
quidem qui non derelinquid sperantes in se nec patitur fideles suos supra posse
temptari consolationis spiritum assumamus, memores quod rex et propheta david amaris-
sime flevit egrotum sed mortuum non ploravit. Et merito quia hac conditione
mundum ingredimur, ut curramus per hoc stadium per quod cucurrerunt preteriti presentes
transeunt transiturique futuri. Ad hec nulla defenditur etas nulla preeminencia est
immunis. Ora ergo humiliemur sub virga domini quia procul dubio manus eius te-
tegit nos in correctione humiliationis onus quantumcumque grave patienter feramus.
Cum et si tamquam deus potens afflixit nos in uno idem tamquam pater misericors
remedia conferre potest in duobus. Item super eodem.

Et si dolenti condolens vix possit consolationis remedium
adhibere cogor tamen aliqua dicere ne causa filialis angustia in vobis
adeo totum roris subripiat quod virtute patientie possitis ad mentes consi-
storum revocare. Sane deus est qui vulnerat et medetur ipse qui post nubi-
lum dat serenum et sic vos blandicie prosperitatis humane non alliciunt nec
adversitatis minime conterrent sed sicut cum laudamus in prosperis sic etiam est lau-
dabilis in adversis. Porro quis reducit ad discretionis examen quot et quantis
miseriis humane conditionis fragilitas sit annexa, qui diligenter discuteret
quid nobis conferat vite presentis exilium non de morte qua vivimus sed de vita
qua morimur fere totum lacrimis exhibet. Verum considerate preterita, ymaginate
futura videte presentia et tunc procul dubio scire poteritis quod non solum homines sed et
cetera que sunt ex elementis composita dissolvuntur, compescatis igitur lacrimas re-
frenate dolores quamvis filius tamen que inconsolabiliter ut accepimus deploratis de
labore transivit ad requiem et sicut firmiter credimus vivit in gaudio in
sui presentia conditoris. Item consolationis ad quendam nimis amare plorantem

Et si dolenti condolens vix sit consolationis remedium de morte filii sui.
adhibere cogor tamen aliqua dicere ne causa filialis angustia et in vobis mo-
tum roris subripiat quod virtute patientie possitis ad mentes consistorum
revocare. Sane et cetera. ut supra proximum usque ad finem, quis enim presentem vitam
ingreditur et mortis poculum non gustabit, aut quis exivit de patria et naturalis
amoris coniunctus non spirat dulcedine naturalis ad regressum cum de celo
hodiernus sit ipse oriundus fruatur celestis gaudio mansionis nisi prius carnis
ergo stilum quod de terra sumpsit originem tremens pedibus conmederet. Compescatis

Nota de spe optima

97

Igitur lacrimas extincta cessent lamentatio conquiescat ad illum nostros oculos dirigentes cui in
tanta quicquid est movetur solus enim est qui post amaritudinis calicem potest ex affluentia
misericordie sue gratia turbata viscera recreare. Item de eodem.

Heu amaritudinis calice bibimus que nobis vestre littere propinarunt nuntiate obitus .. ca-
rissimi nostri. Et quidem satis novimus quod non deest vobis iusta causa doloris, non deest pre-
mis proximus materia lacrimarum. Verumtamen de eo credimus avolasse ad patriam et
ut speramus fecisse transitum de laboribus ad quietem. Vestre consolationi satisfaciatis decreto
qui doloris debitum iam solvistis. Consolatur istum de morte nepotis.

Distulerimus hactenus scribere eo quod scribenda non occurrebant ad votum sed nunc cogi-
mur scribere super hiis que sunt certa nobis circa obitum videlicet .. bo. me. .. nepotis
tui et utique cari nostri. Super quo in tractatum ita consummus stilum ne videamur causam re-
plicare tristitie ac materiam prorogare doloris. Verum cum sub divino dispositionis
arbitrio sit voluntatis humane restringenda licentia sic asperitate casus adversi temperam-
tum prudentie serenat quod scitis vos in vera consolatione speculum et exemplar.

Acuti doloris telo confixus in intimis Doloris et consolationis littere ad consanguineos suos
quod intimare volo per me scriptura non valeo, quia non tristitie De morte consimilis ex
magnitudine mens quasi sopita mutuis ligatur lingua et dextre articuli contrahuntur. sanguinei.
Ecce namque in .x. ipso salvatoris alloquio dum singula vestrum nomina vix solito more
ordinate conscriberem et quendam Johannem dilectissimum meum nepotem omnicentem cui suave
consortium nuper illa mors severa subtraxit, intuenti mox fletus amarus et de profun-
do cordis fons lacrimarum erupit et apte sunt cataracte lugentium oculorum, inundavit
me multarum amaricatium aquarum diluvium et innumeris fletibus sum compluit nequaquam
perficere potui presentium seriem litterarum. Etenim oculi mei pluvia maxima caligabant maxime
lacrimis pagina quam acrimito madebat. Adhec profecto multa commune plorandi
occurrit materia qui et soror placidus et amabilis filius et frater et in negotiis gressus
et utilis vobis nepotes frater optimus est sublatus. Dolemus siquidem pariter sed ipsa non
exigens ratio amare deplorat generalem de talis collegae amissione iacturam.
Potest itaque nimium gemere domus nostra talis columpne fulcimento subtracto. Potest
gemere de tanta virium debilitatione (depauperatione) suarum. Potest gemere quod tam gravi mutilatione
certitudo imminuta, et cum nunquam adhuc perfusas de morte duorum fratrum lacrimas absterserit
xisset coacta est nunc in persona filii nepotis et fratris obitum acriores subire gemitus
et suum acerbius renovare merorem, impono iam fine verbis mestitie licet
subsistente, pro dolor, copiosa materia possem super hoc nimium prolongare sermonem et ad
consolationis remedium ut expedit me converto considerare quod cum eveniunt iste
de beneplacito divine procedunt maiestatis que de creaturis omnibus pro sua volun-
tate disponit non est aliquid insistendum tristitie vel lamentis ne per immoderatum dolorem
videamur iustum ipsius arguere iudicium nec ne displicere preterea nobis id quod sibi pla-
cuit in hac parte, quin immo benedicendum est in omnibus nomen domini qui suam ostendendo

Nota bene
Nota bene
Nota
Nota consola toria

potentiam qui vult largitur et aufert, vulnerat et curat, deicit et demulcet, constat
et leticiam post subiungit. Et in presenti flagello suo iam ipsius erga nos et presentem
domum indignationem debemus attendere quam amorem, quia illos quos diligit velud
salutis consumator corrigit et castigat. Presertim cum ipse benedictus Johannes fines suorum
dierum sentiens imminere sacramentis ecclesiasticis devote curavit se munire ut se-
curior severe mortis sustineret aggressum, propter quod firmiter credimus quod nichil in eo profe-
cerit inimicus, sed feliciter migravit quietem perpetuam habiturus. Consolemini ergo omnes
et mesticie ac doloribus finem date, consolantes et curantes consanguineos et amicos
totamque domum in vigore ac ylaritate de divino considerantes auxilio conservantes.
Nam ego licet eundem Johannem tenerrime inter omnes propinquos dilexerim quem nutrivi,
ut quem confirmavi, quem promovi, statim tamen audito eius obitu quamvis sim cernens
multum tenerem diligendi eum signum etiam non ostendens tristicie omnimodam
in domino consolationem accepi laudabile cunctis circumstantibus dans exemplum ita quod
meam in tanto casu constantiam magna laude commendant. Igitur non Johannem
quem dilexi virum mortuum amare non desino faciens eum ecclesiasticis et quibus-
cumque possum suffragiis adiuvari. Volo itaque iniungo atque precipio ut vos
similiter subvenientes eidem omnino desistatis a luctu sicut me cupitis consola-
ri. Doloris et consolationis littera ad amicum plorantem fratrem mortuum.

Dolenti condolens consolatione de obitu domini Germani nostri dilectissimi
utriusque amicissimi socii vehementis doloris iaculo sauciata nunc vobis consolatoria
verba proferre possumus qui maxima repleti tristicia consolatione proprie indige-
mus. Idem est meroris gladius qui utriusque viscera dure transfixit illo potati
sumus amaritudinis calice quo vos estis passi sumus una vobiscum cuspide
lancee sevo ictu perfossi. Eadem est que nos ambos pariter coartat adversitas similiter sunt
mentes cruciatur angustia et ipse qui nos amare intoxicans tangit ipse nos mu-
tuo in intimis dure pungit, seu dicatur scalpens quia mens nostra inmenso
compressa dolore non nisi tristiciam labiis subministrat, sepe quidem duorum prox-
imorum nostrorum simul sicut decentium mortem deflevimus. Et ecce nunc circa litteram
obitum quem nostri cunctos sanguine nos unctos tenere amabamus cogimur
deplorare, suspiria cumulantes suspiriis et fletus fletibus miscentes, manan-
tes adhuc prioribus geminatis genas novo lacrimarum profluvio complicando. Mul-
ta certe subest dolendi materia quia profecto ex talis viri decessu grave non solum
consanguineis et amicis, sed etiam toti natali patrie dispendium est illatum. Sublatus
est enim vir honeste conversationis conspicuus, compositus moribus, eductus sua circumspectione pru-
dens, et placida conversatione dilectus, de quo utique grandia tamquam de probo et utili
sperare habebant. Sed licet tam grande de subtractione ipsius perferamus com-
mune detrimentum et magnus hic casus cum pleat magni luctus cogitum
tamen et expedit quod in merore non penitus relegemus prudentia nec discretionis
omnino regimine careamus ita quod doloris vehementia non sic sapiat sensum
quod rationem in nobis extinguere videatur. Consideremus ergo discrete sicut et

Nota de comendacione kar

venit predilecte quod amabilis hic germanus et socius ab omnium conditore ac domino de
presenti seculo evocatur qui annos mortalibus pro sue beneplacito voluntatis dat et mori
prolongans et abrevians sicut vult spacium huius vite consideremus ergo quod inevi
tabilem viam statutam generaliter omnibus viventibus est ingressus, et quod semel
oportebit quoslibet illi communis vinculo alligata dissolucionem humane conde
morte, consideremus insuper quod processio vite vite ipsius studio et laudabiliter iam de
sue peregrinationis expleto, devotum et humilem spiritum in pace suo reddidit
creatori relicta post se et suum salubrem exitum bona fama. Unde ad me
liorem vitam sicut speramus et ad statum translatus potiorem ac ex hiis consolatio
nem et confortationem accipientes in domino debitam in extrema modestiam ha
beamus nostros merentes animos a ploratibus pride retrahentes, ne prosequamur
ulterius defunctum ipsum inutilibus lacrimis sed elemosinis efficacibus et aliis suf
fragiis oportunis. Consolationis littera ad patrem irremediabiliter plorantem de morte filii sui.

Versa est in luctum cithara nostra et organum nostrum in vocem flentium audita nuper quon
dam .N. filii vestri morte acerba prius et immensa illius cum iuvenili florida mi
litaris strenuitas et morum venustas ad memoriam revocare movent lacrimas
cor amaricant et suspiria congeminare compellunt dum et nostrum dolemus
casum et vestri iuventutis renovatam extimam ac patrios de tali obitu filii dolores ac
tendimus inspiratos. Doleremus siquidem amplius si conferret lacrimarum affluentia de
currentium et vox lugubris non cessaret si tante iacture calamitas hiis posset vel
similibus relevari. Sed certe vir nobilis vir expertus prospera et adversa, quid confert dap
num dampno addere, quid defuncti accrescat commodi de lacrimis viventium vel plora
tu [illegible] frustra laborem impendimus ubi quod perdimus nulli potest opere vel studio
reparari. Summorum namque pontificum devota religio, sapientum prudentia, imperialis
maiestas regum sublimitas et thesaurorum immensitas nec unquam hactenus effugere
potuit nec vitare brevis arctum sepulture. Licet ergo caro carni condoleat
et paterno affectu amarum sit ad modum funus nati ne tamen dolendo sit aspe
divino videamini iudicio contraire quod mortis subiciat sorte omnem carnem venie
quod absit, unde salutis maioris periculum unde nullum potest commodum expectari
descendit meror cessant lacrime suspiria conticescant, et cum sancto Job domino gratiam
effundamus dicentes dominus dedit, dominus abstulit et sicut domino placuit ita factum est
sit nomen domini benedictum. Evenisse quidem equanimiter sustinere nos condecet
quod necessario novimus fuisse venturum nec equum digne ferimus de morte extra
alterius dum de nostra que procul dubio licet in certo tempore nos consumet. Sic
itaque temporis affectibus pro placente voluntate domini tolleretis ut nec illius
maiestatis offensam nec vestre derogetis honori nemini ex molestia vestri
certa quin potius vos et vestros tali remedium consolationis assumite ut
qua ingruistis hactenus corporis, cordis quoque plenius non dissimili sere
nitate ingerere. Consolationis alia ad quendam [illegible].

Communis calamitatis eventum vobis lator presencium refero tanquam

Omnes bone sunt littere consola torie

passus pro te cum miserie refert carissime Judex. Sic ergo vos in utrisque hominis compassi
one compassio et quod iuvare presidiis nec potestis de confirmatione saltem non
tardetis. Consolatur istum plorantem fratrem mortuum.

Si omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos agri. si luna pallescere
si solem videmus aliquando eclipsari quid hoc est quod ingeminescas lacrimis
mortuo fratre tuo non tacet pupilla oculi tui doloris amaritudine effundendo. Ne
scis enim quod omne compositum philosopho attestante dissolvitur et per angelos omnis occidit crea
tura. Unde illud propheticum homo vanitati similis factus est et dies eius sicut umbra pre
tereunt et quasi vas figuli confringetur. Humanum quidem est flere sed continuare fletus pe
nitus inhumanum, cum dicat apostolus nolite contristari sicut et ceteri qui de resurrectione spem
non habent. Unde Augustinus non illos amisimus sed premisimus qui de hoc seculo recesserunt.
Cum ergo frater tuus ad regionem sanctorum spirituum transmigravit ut pote qui presumitur in re
surrectione iam prima, sicca lacrimas, desine flere ne nomen domini exacerbes dum suam
niteris licet in cassum fratrem revocare. Dominus namque mortificat et vivificat, de
ducit ad inferos et reducit cuius intuitu disponuntur omnia et in tribulationibus conso
lantur. Amici dolentis littera ad amicum qui significaverat ei quandam suam dilectissimam esse nu

Lectam vestram inspecto tenore cor meum quasi rumoris sui presagium ptiis coniugatam.
Vehementer expavit et eis que sequebantur plenius intellectis dolor repentinus totaliter
me invasit adeo quod cum vigore deperdito oculi placrimis caligarunt et lingua luctuo
sis occupata singultibus quasi officium locutionis amisit. Non abre intellexi et enim quod
.. mulier amor cui vivendi materiam ministrabat et solacii opportunum dilectionis
mee fede violato nuper cuidam sit viro alteri coniugio copulata. Utinam terre sub
itus me vorasset hiatus, aut fluminis impetus tonuisset prius quam illa dies miserabilis et
hora tam pessima meis oculis illuxisset. Veruntamen cum super premissis nullum
recipere valeam consolationis remedium aut levamen, propono firmiter in meo corde
tam diu luctibus et doloribus inherere donec anima deo volente afflicta claustrum
mei corporis derelinquat. Consolatorie littere ad quendam rogatorem de morte fratris sui.

